



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

Vita Et Res Gestæ Matthiæ Flacii Illyrici Ab ortu ad obitum vsque Avtore
Casparo Vlenbergio Lippiensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)



VITA ET RES GESTÆ
MATTHIÆ FLACII
ILLYRICI

Ab ortu ad obitum vsque
AVTORE CASPARO VLENBERGIO
Lippiensi.

CAPVT I.

- I. *Matthia Flacij natiuitas & patria. studium & profectio in Germaniam.*
- II. *VVittenbergæ magisterio insignitus, Hebraicam linguam docet vxore ibidem ducta, cum grauiſſima conſcientiæ lucta. Brunſuicum bello Smalcaldico dilapſus.*
- III. *Origo libelli Interim, & turba per eum mota, cum obſidione Magdeburgenſi.*
- IV. *Hoſtis acerrimus & maledicentiſſimus Maioris, Oſiandri & Svvencckfeldij.*

ANNO
1520.

I.

*Henricus
Panthaleon
part. 3. de
viris illuſt.
germ.*

*Cam. in vi.
Melanchth.*



MATTHIAS Flacius anno 1520.
3. Martij, patre Andrea Flacio,
matre verò Iacoba Lucia, infe-
lici partu (vt quidam ait è Lu-
theranis Chronographis) in lu-
cem editus eſt Albonæ in Illyrico; vnde Il-
lyrici cognomentum aſſumpſit. Patrem
duo-

duodennis amisit; quo factum est, vt cœptis ANNO
 litterarum studijs aliquamdiu negligeretur. 1520.
 Factus adultior ad studia postliminio rediit, *Flacius ipse*
 & Franciscum quendam Ascerium Medio- *in scriptis*
 lanensem in patria præceptorē habuit. Ve- *contra A-*
 nit postmodum Venetias, vbi Ioannem Ba- *diaphori-*
 ptistā Egnatium audiuit bonos autores ex- *stas.*
 plicantem. Studiis multū deditus erat; quæ *Flacij Na-*
 cū persequi nō posset ob patrimonij tenuita- *tiuitas &*
 tem, in mentem illi venit. S. Francisci insti- *patria.*
 tutum amplecti, nimirum vt à mundo rese- *Venetias*
 ctus, Deo sese & studiis totum manciparet. *studij cau-*
sa conten-
dit.

Accessit igitur Prouincialē Ordinis Fran- *Cogitat*
 ciscani, Baldum Lupetinū, sanguine sibi iun- *Ordinem*
 ctum ex parte matris, eiq; summā cogitatio- *S. Francisci*
 num suarū aperuit: quin & monasterio me- *ingredi.*

diam patrimonij partē obtulit, modo statim,
 posteaquam Ordini se mancipasset, ad studia
 Bononiam Paduamue mitteretur. Erat Lu-
 petinus Lutherana contagione iam infectus,
 licet id summo studio publicè dissimularet:
 Itaq; Flacium in hoc genere pertentandum
 censuit, an scilicet adolescentem incautū ean-
 dem in nassam trahere posset. Detexit igitur
 arcanum mentis suæ, & Flacium paulo mo-
 mento impulit, vt istuc satis inclinaret. Tū
 verò cœpit illum dehortari à monastico vite
 genere, suaforq; fuit, vt in Germaniam pro-
 fectus nouū doctrinæ genus, quod Lutherus,
 Melanchthon, alijque sectarum auctores sub
 euangelij nomine spargebant, ex ipsis hauri-
 ret fontibus, eiusq; mysteria plenius perdi-
 sceret.

Seducitur
à Lupetino
cognato.

ANNO**1539.**

In Germa-
niam pro-
ficiscitur.
Basileam-
Thubingã
& Ratis-
bonam.

Anno 1540

A populari
humaniter
excipitur.

Flacius Lupetini consilium secutus, anno 1539. patria relicta profectus est in Germaniam, amicis cognatisque cæteris institutum illius improbantibus: Et principio quidem aliquamdiu Basileæ vixit, hospitio Grynæi vsus ad tempus, à quo se habitum benignè magnisq; beneficijs affectum ingenuè fate- retur. Inde Thubingam venit anno 1540. vbi popularem suum quendam inuenit eiusdem nòminis Matthiam cognomento Garbitium Illyricum, Græcæ linguæ profes- sorem: à quo popularitatis causâ perhumā- niter exceptus fuit, & quibusdam adole- scentibus præfectus, vt priuatim eorum stu- dia moderaretur. Neque verò diu moratus est Thubingæ, sed anno sequente 1541. Ra- tisbonam se contulit, vbi de religione Col- loquium habebatur.

Anno 1541.**II.**

VVitten-
bergam
venit.

Inde VVittenbergam profectus est, vt Lutherum ipsum, cæterosque nouorum dogmatum autores videret coram, quorum no- minis fama excitus in Germaniam vene- rat. Exceptus istic fuit satis benignè, & ope consilioq; adiutus ad sustentandam vi- tam, cum pauper esset. Imprimis Melanche- thon magnis eum affecit beneficijs, & suis etiam facultatibus ipsius inopiam subleua- uit: Quanquam Flacius beneficiorum om- nium memoriam postea deposuisse videtur. Docuit deinde priuatim linguam græcam, vnaque hebræam didicit; quam ipsam & paulò post priuatim cœpit profiteri; atque

ex

ex mercede, quã à discipulis colligebat, frugaliter illi victitandum fuit. Cum aliquamdiu VVittenbergæ commoratus esset, & docendo discendoque iusta cepisset studiorum incrementa, tandem magisterij philosophici laureã fuit insignitus: In qua promotione postmodum, vti Lutherus in Doctoratu Theologico, vocationis suæ fundamentum posuit in certamine, quod de religione cum Melanchthone cæterisque VVittenbergen-sibus longè acerbissimum suscepit: Quod exarsit anno 1548. nec in hunc vsque diem extinctum. Creatus artium Magister oculos ad altiora subleuare cœpit. Itaque anno 1544. professionem hebraicæ linguæ publicam consecutus est; ad quam cæterorũ professorum fauore non modo, sed & Electoris Ioannis Friderici iudicio promotus fuit. Cũ ad hunc modum ex inopia miserisq; paulatim eluctatus esset, vxorem sibi ducendam putauit. Igitur anno sequente 1545. matrimonium contraxit, nuptijs solenniter celebratis, quas inter reliquos & Lutherus ipse præsentia sua cohonestauit. Magnum id fuit animi vehementer in Flacium propensi argumentum.

Priusquam vxorem duceret, hospitio utebatur Friderici Bachouij VVittenbergensis ecclesiæ ministri, à quo deprehensum est, quod subinde, velut desperabundus, grauissimam conscientiæ luctam & summos angores sustineret, exercebant eum terrebantque

ANNO
1557.
Magisterij
lauream a-
dipiscitur.

Vocationis
eius funda-
mentum.

ANNO 1544
Hebraicã
linguam
docet.

ANNO 1545
Celebrat
nuptias
præsentia
Luthero.

Flacij an-
gustia cir-
ca fidem.

ANNO
1545.

In concio-
nibus pro
eo oratur.

Iudicium
Melancht.
de furiis
Flacij.

Lutheri de
eo senten-
tia.

cogitationes de quibusdam fidei dogmatis, de prædestinatione, de peccato, de ira & iustitia Dei, de damnatione perpetua; quibus horrendum in modum pressus, imo prope modum oppressus fuit, & in summas angustias redactus. Cuius rei cum Bachouius Pomerano primum, post & Luthero iudicium faceret, habita non nihil fuit ipsius cura. Quanquam vix erigi potuit eum in modum, ac sustentari, quin animo rursus labasceret. Atque huiusmodi terroribus ad quadriennium prope ferunt exagitatam; ut in concionibus ad populum communes pro eo preces subinde postularentur. Quanquam vero malum istud tamen annis sequentibus in medio feruore certaminis illius virulentissimi, quod de ritibus externis, deque dogmatibus, quibusdam inter ipsum & Melanchthonem cæterisque VVittenbergenses exortum fuit. Et quidem Antagonistæ, Melanchthon inquam, sociique; Adiaphoristæ, Maioristæ, Synergistæ, Flacij terrores istos atque infestationes, pœnam interpretabantur inflictam iusto iudicio Dei, perfidiam illius & scelera huiusmodi flagello vindicatis. Lutherus interim, qui ob perturbatam Ecclesie pacem publicam hoc genus dæmonum terriculamentis frequentius agitabatur, Flacium in his angoribus quoquo pacto censuit fouendum, eumque; ut à fide dignis Lutheri familiaribus audire memini, tanquam genij sui hominem summo loco habuit, hunc fore ominatus, in quem

quem se vita functo spes inclinata recum- ANNO
beret. 1545.

Biennio post, quam publicam professio- Flacius se-
nem adeptus est, exortum fuit bellū Smal- cedit Brun-
caldicum, quod Academiam V Vittenber- suicum.

gensē & Lipsicam instar turbinis fœdè dis-
sipavit. Cumque professores omnes relicta
statione periculi vitandi causa diffugerent,
Flacius quoq; per Medlerum quendam Lu-
theranæ Theologiæ Doctorem inuitatus
Brunsuicum secessit, quæ Saxonix metro-
polis est, cuius vrbis ecclesiam Medlerus iste,
velut Superintendens moderabatur. Ibiq; Ibidem in
prælectionem obiuit in scholis, donec tem- scholis do-
pestate sedata, V Vittenbergam ad pristinam cet.
stationem redire licuit. Quod anno 1547.
factum est.

Sub id tempus Conuentus Principum fuit Anno 1547
& Ordinum Augustæ, vbi de concilianda
tandem religione per Cæsarem deliberatio
fuit instituta: Ex qua natus est liber ille, Origo li-
Cæsaris autoritate promulgatus, quem In- belli IN-
terim vulgo nominabant. Hic Lutheranis TERIM.
Augustanam Confessionem profitentibus
constituendæ religionis, diuiniq; cultus per-
agendi modum præscribit, donec omnes
controuersix Concilij generalis autoritate
sopirentur.

Cumq; publicatus esset liber hic, & no-
uus Elector Saxonix Mauritius per Cæsa-
rem vrgeretur, vt eum reciperet, variæ sunt
ea de re deliberationes institutæ; de quibus

ANNO in vita Melanchthonis diximus. Tum verò
1547. Flacius, qui iam pridem Melanchthonis ni-
Flacius re- miam mollitiem non improbat modo, sed
nuit sub- & secreto sigillabat, ab illo cæterisque, qui
scribere li- passim iudicium illius de religione seque-
bro, Inte- rantur, publica professione secessit. Nec de-
rim. erant, qui probarent institutū, atque illi ve-
 lut duci nouæ factionis contra VVittenber-

Origo no- genses sese coniungerent: Vnde Flaciano-
minis Fla- rum vel Illyricanorum secta ducit originē.
cianorum. Disputatum verò fuit nō de ritibus tantum

Luthera-
nismus in
varias par-
tes diuidi-
tur.

Sectarum
nomina.

externis, quos Melanchthon alijque publicæ
 tranquillitatis causa rursus instaurandos iu-
 dicabant; sed & de primis Christianæ fidei
 capitibus, quibus, vt Lutherani iudicant, v-
 niuersa religionis structura, ceu columnis
 quibusdā innititur: puta de libero arbitrio,
 de iustificatione eiusq; modo, de charitate,
 de bonis operibus, & officijs vitæ Christia-
 næ. Atque his disputationibus, quas Flacius
 imprimis mouit, Lutheranismus in sectas ad-
 modum foedè distractus fuit; quas Flaciani
 diuersis nominibus in contumeliam excogi-
 tatis distinxerunt. Qui ceremonias externas
 restituebant pacis causa, eos Adiaphoristas
 atque Interimistas nominabant: Qui vim
 cooperandi libero arbitrio tribuebant, Sy-
 nergistæ; qui bona opera docebant ad salu-
 tem necessaria, Maioristæ per Flacianos ap-
 pellabantur: Atque hi vicissim illis Flacia-
 norum nomen imposuerunt. Alij vero alios
 scriptis in lucē editis insectabantur acerrimè,
 ac de-

ac defectionis ab Euangelio, proditæq; veritatis accusabant.

ANNO
1547.

Erat Flacius, cum à Melanchthone cæterisque Lutheranis mollioribus secessionem faceret, iuuenis adhuc ingressus annum ætatis vigesimum octauum. Cumq; anno 1548.

ANNO 1548.
Flacius clā
Wittēberga discedit.

& initio sequentis contra librū Interim scripta quædam in publicum referret, nomen suum non apposuit; quod id temporis hæret, adhuc V Vittenbergæ, & stipendio frueretur Electoris Mauritij, cuius actiones de libro Interim, deq; ritibus quibusdam restituendis, in libellis istis acerbè fugillabantur.

Quia verò spargendis huiusmodi tractatibus Electoris institutum impedire non potuit, de V Vittenberga deserenda cogitare cœpit; idq; tum maximè, cum initio anni

Luthera-
nismus in
Misnia
mutatur.

1549. ritus quosdam in Misnia mutari secundum ordinationem Principis intelligeret. Nec enim dubitabat, quin & V Vittenbergæ eadem institueretur mutatio: Cum hoc Electorem agere non ignoraret, vt per omnes eius ditiones in diuino cultu ceremoniarum esset conformitas. Itaque rogabat Melanchthonem oblato scripto, vt sibi liceret ad tempus proficisci peregrè, tum valetudinis curandæ gratia, tum verò, ne mutationum in diuino cultu repugnante genio spectator esse cogeretur. Assensit Melanchthon: Atque ita Flacius anno 1549. circa festum Pascatis V Vittenberga discessit, vxore familiaq; isthuc relicta. Ne vero non reditu-

Prætextus
discessus
Flacij.

ANNO 1549

ditu-

ANNO
1549.

Magdebur
gū venit.

Querelæ
Flacij de
mollitie
Melächth.

Scribit A-
pologiam
in VVittē-
bergenfes.

diturus videretur, professionem Hebraicæ linguæ per absentiam Ioanni cuidam Aurifabro Mathematicum professori commisit.

Profectus est initio Magdeburgum, in qua ciuitate non ita pridem libellos, quos ante diximus, nomine suppresso typis diuulgat. Inde Hamburgum se contulit; vbi Ioannem Aepinum superintendentem, Iochimum VVestphalum, aliosque inuenit causæ suæ fauentes, qui paulò ante datis ad Melanchthonem prolixis litteris consilium ipsius de rebus adiaphoris improbarant Vbi cum his in colloquium venit, de Melanchthonis & sociorum mollitie atque defectio- ne multa questus, animos eorum occupauit. Hamburgenses vero, cùm Flaciū ardere satis viderent in pugnam, autores illi fuerunt, vt Magdeburgum reuerteretur, ascitisque in auxilium socijs VVittenbergenses è vicinia fortius oppugnaret. Paruit ille, cumque hoc colloquio VVestphalum, Aepinum, cæterosque velut in fidem redactos ad causæ suæ patrocinium adiunxisset, redijt Magdeburgum; vbi cōtinuò prolixam apologiam scripsit ad scholam VVittenbergensem; in qua se protestatus est non hostili esse in eos animo, sed factum ipsorum detestari, quod confessionibus istis Christum & Belial, vti loquitur, conciliare machinētur. Et se quidem paratum redire ad professionem publicam, modo confessionem religionis, quam profiteatur, liberam sibi tutamque permittant.

Hæc

Hæc Flacius litteris in apologiæ modum prolixè verboseque scriptis. VVittenbergenses verò ad hæc ne gry quidem, quod aiunt; quasi contemnerent hominem, eumque responso indignum iudicarent: Quare Flacius irritatus scriptum illud apologeticum paulò post typis expressum per germaniam diulgavit: Neque deinde VVittenbergam unquam reuersus est: Atque hoc initium fuit certaminis illius publici, quod cū Melancthone, cumque cæteris Adiaphoristis post editam hanc apologiam acere, cruentum ac diuturnum habuit. Id verò certamen VVittenbergenses à Flacio non studio religionis vel pietatis affectu, sed ambitione ac dominandi cupiditate motum asserunt; magno sane, uti queruntur, ecclesiæ Lutheranae cum detrimento; cui foedam hanc in sectas distractionem probri loco in certum falsitatis argumentum per aduersarios obijci non ignorabant.

Et Flacius quidem, cum edita esset apologia, paulo post & alia de hoc argumento scripta in vulgus emisit, quibus actiones Electoris Mauritij de libro Interim, & Theologorum VVittenbergensium de ritibus externis iudicium mordaciter arrofit. Melancthon verò, alijque qui ab ipso pendebant, tametsi Flacium, velut caput aduersariæ factionis, odio prosequerentur acerbissimo, primos tamen ipsius impetus tacendo sustinuerunt; vel quod hominem turbulentum

ANNO
1549.
A VVittē-
berg. con-
temnitur.

Flacius A-
pologiam
suā emittit
in publicū.

VVitten-
berg. que-
relæ de e-
uangelij
sui distra-
ctione.

Flacij a-
cerbissima
scripta in
Interimi-
stas.

con-

ANNO
1549.

VVittenb.
& Lipsien-
sium tergi-
uerfatio.

Gallus, &
Ambfdorf-
fius Magde-
burg. ad
feditiōē
accendūt.

Magdebur-
genf. recu-
fant decre-
tū Auguft.

contemnerent, vel quod eos puderet tam
foeda distractionis, quæ causam Luthera-
nam prudentioribus meritò redderet suspen-
ctam. Postea tamen cum incrementa sume-
ret Flaciana factio, & intualesceret clamores
publici, & populus varijs criminationibus
in VVittenbergenses & Lipsienses concita-
retur, vel honoris causa prodeundum fuit in
publicum, & Flacio eiusque gregalibus ob-
uiam eundum: Quanquam id trepidanter
factum est, eumque in modum, vt causa
sua non admodum fidere viderentur. Et
magnis quidem odijs vtrinque certatum
fuit. Interim Flaciani Melanchthonicos fe-
rocia calumniandi que studio, & hi vicissim
illos acerbitate atque maledicentia superarunt.

Venit Magdeburgum sub initium huius
certaminis Nicolaus Gallus, VVittenberga
vocatus ad Superintendentiam, qui non ita
pridem Ratisbona pulsus erat, quod Augu-
stano se decreto de religione obijceret. Erat
is homo turbulentus admodum, & prodigiose
Lutheranus; qui & ipse Flacio se contra VVit-
tenbergenses adiunxit. Iam & Nicol. Ambf-
dorffius, quem Cæsar subacto Saxone de Naū-
burgensi Episcopatu deturbarat, elapsus fuga
Magdeburgum è Misnia redierat ad veterē
nidum. Atque hi communi studio Senatū
populumque Magdeburgensem concitarunt
aduersus Cæsarem, effeceruntque tribunitijs
concionibus, vt Augustanum decretum de
religione contemptim reijcerent.

Itaque

Itaque proscripti tandē à Cæsare fuerunt, & per Mauritiū Imperij nomine cum exercitu circumfessi oppugnatiq̄ue. Quanquam bellum illud lente satis & remisse fuit administratū, quod Mauritius iam tum alias machinationes aduersus Cæsarem animo uoluntaret. Tandem compositione res transacta est, & soluta ciuitatis obsidio, quæ in decimum quartum vsq; mensem continuata fuit. Quanquam verò Mauritius, imò & Cæsar ipse per Flacium, cæterosq̄ue factionis istius concionatores importunis clamoribus, & scriptis publicis grauius erat offensus; tamen cum negotium transigeretur, omnia ista dissimulata fuerunt; quod Mauritius iam tum Cæsari bellum inferre decreuisset: Quæ res audaciam Flacianorum atque ferociam non exiguis incrementis auxit. Dolenter id tulerunt Adiphoristæ, qui sperauerant, vrbe hac in potestatem redacta, Flacium, Ambrosiorffium Callum, cæterosque istius factionis, gula laqueo fracta de mœnibus suspendendos, velut incentores istius belli, qui scriptis & concionibus seditiosis ad rebellionem ciuitatis incolas concitassent. Obsidione soluta, cū Mauritij præsidium in urbem receptum esset, Flacius, qui se Principem offendisse nouerat, periculi vitandi gratia Gotham secessit ad tempus. Quod cum V Vittenbergensibus innotesceret, hoc agi cœptum est, vt illhinc eijceretur. Ille vero, cū post obsidionis diuturnas mole-

ANNO
1550.

Ann. 1550.
Proscribuntur, & à Mauritio oppugnantur.
Obsidio soluitur.

Crescit furor Flacianorum.

Schlusself.
pag. 855.

Flaci⁹ Gotham secedit inde Magdeburgum.

mole-

ANNO molestias per semestre liberio-
1550. rem captasset auram, ad asy-
 lum Magdeburgicum reuer-
 sus est.

Ann. 1551. Paulò post, quã soluta fuit obsidio, quod
Mauritius in autumnò factum est, anno 1551. Mauritius
bellum in inuito fœdere cum Rege Galliarum, & qui-
fert Cæs. busdam Germaniæ Principibus, inopinato
ri. Cæsari bellum intulit, quod anno 1552. pau-
 cis mensibus post, quam exarsit, cum Saxo-

Composi- nem & Landgraviũ Cæsare vinculis dimi-
tionẽ fini- sisset, compositione sopitum fuit. Ex hoc
tur. bello & aliud quoddam anno sequente 1553.
 in ipsis Germaniæ visceribus profeminatum
 est; quo ijdem Principes, qui fœdere coniun-
 cti anno priore Cæsari bellum intulerant,
 Mauritius inquam Elector Saxo, & Alber-
 tus Brandenburgicus iusto Dei iudicio, mu-
 tuis sese armis confecerunt: Brandenburgicus
 enim 9. Iulij prælio superatus aufugit, & post
 ditionibus suis omnibus exutus in exilio fi-
 niuit vitã: alter verò Mauritius biduo post,
 quam globo læsus fuit in conflictu, animam
 exhalavit; vt ex historijs illorum temporum
 constat. Dum verò Germania bello Mag-
 deburgico, machinationibus in Cæsarem,
 atque intestinis Principum dissidijs arderet,
 ab acerbis scriptionibus inter Flacium &
 Melanchthonem, eorumque gregales cessa-
 tum nonnihil fuit: Quanquam de odio atq;
 virulentia in alterutrum neutri quicquam
 remiserunt.

Saxonis &
Brand-
burg. bel-
lum.

Mutuis se-
se armis
conficiunt.

IV.

Interèa Regiomonte in Borussia nouum
 de iu-

de iustificatione dogma protulit Andreas Osiander, qui non imputatione mortis & iustitiæ Christi, vt Lutherani asserunt, sed per essentialem Christi Dei iustitiam, habitantis in nobis, & ad bene operandum impellentis, hominem iustificari docuit. Fouebat Osiandrum patrocínio suo Borussia Dux Albertus Brandenburgicæ stirpis Princeps Lutheranus, idq; tanto affectu, vt quoscunq; posset alios in illius sectæ consortium autoritate sua pertraheret. Cum igitur Flacius id tēporis propter motam VVittenbergenfibus cōtrouersiam passim celebraretur, & hunc Osiandro conciliandum censuit. Inuitauit ergo Flaciū, vt sese adiungeret ad causam istam, & quemadmodum alijs in rebus VVittēbergenfibus contradiceret, ita & in hoc propugnādo dogmate quod ipsum esse veritatis nucleum iudicabat, Osiandro se contra Melanchthonem aliosq; socium præberet. Vt verò Flaciū moueret efficacius, & lubentem faceret, honorarium illi satis largum transmisit. Ille verò nihil motus illectamentis Principis, Osiandri se hostem professus est, eiusque nouū dogma scriptis publicis non minus, quam VVittenbergenfes, velut erroneum reiecit: quāquam in causa decreti Augustani eandem cū Osiandro sententiā cōtra Melāchthonē tuebatur.

Iam verò & Georgium Maiorem vnā cū socijs anno 1552. tractatibus in lucem editis oppugnauit, qui charitatis opera fidelibus ad salutem esse necessaria profitebatur: Quod

ANNO 1551.

Hæresis Osiandri eiusque dogma.

Eius patronus Albertus.

Inuitat Flaciū ad hæresin Osiandri.

Flacius hostis Osiandri.

Ann. 1552. Hæresis Maioris eiusque dogma.

bb

dogma,

ANNO
1552.

Hæresis
Svvenck-
feldij eius-
que dog-
mata.

Conflicta-
tiones
Flacij &
Svvenck-
feldij.

dogma, tanquam papisticum Flacius eiusque gregales abominabantur; vnde durum atque diuturnum inter Maioristas & Flacianos certamen exarsit. Surrexit & alius quidam novus dogmatistes in Silesia, Caspar Svvenckfeldius vir nobilis, qui de Christo, de scripturis Sanctis, de ministerio Ecclesiastico, de Sacramentis, aliisque fidei mysterijs fanaticas sparsit opiniones; cuius hæresis sub insigni pietatis larua in omnes penè Germaniæ prouincias breui tempore dimanauit. Flacius igitur rogatu Silesiorū quorūdam, qui Lutheranis partibus erant addicti, Svvenckfeldij nouam hæresin prolixo volumine confutauit. Ille vicissim Flacium aggressus, vt dogmata sua propugnaret, nihil ad summam diligentiam fecit reliquum. Ita & inter istos certamen efferbuit, quòd alternis scriptationibus auctum, vt oleo infuso flamma, sese in magnam amplitudinem diffudit.

C A P V T II.

- I. *Centuria Magdeburg. autore Flacio, tribuno arario & Sumptuum collectore, peculatus à VVittenberg. arguto.*
- II. *Idea operis cum capitum seu locorum distributione.*
- III. *Ordo operis.*
- IV. *Peculatus Flacij, & crimen falsi cum VVittenbergensium sannis in Flacium & VVigandum, acerbissimoq; eius in aduersarios respon-*

responsio. editio operis cum enumeratione ANNO
authorum. 1552.

SV B hoc tempus Magdeburgi per Fla-
 Scium eiusque socios de historia ecclesia-
 stica ex antiquis Ecclesiæ Scriptoribus ordi-
 ne certo confarcinanda deliberatum fuit: Id
 Flacii cum primis monitu ductuque, qui
 consultationes istas moderabatur. Collegas
 habuit & socios huius instituti Nicolaum
 Gallum, Ioannem VVigandum, Matthiam
 Iudicem, & Basilium Fabrum, de rigidorum
 factione Lutheranos omnes, quorum indu-
 stria studioque natæ tandem fuerunt, quæ
 passim extant, Centuriæ Magdenburgen-
 sium: In quas ex omni antiquitate, quicquid
 illis collibitum fuit, imprimis quod contra
 fidem à maioribus traditam quoquo pacto
 torqueri potuit, ordine per locos communes
 disposuerunt. Cæterum, quia Flacius operis
 huius autor fuit præcipuus, non erit alienum
 ab instituto, si de eo pauca quædam infera-
 mus.

I.
 Centuriæ
 Magde-
 burg. con-
 farcinaturæ

Erat res, quam in hoc genere Flacius &
 socij machinabantur, non immensi laboris
 modo, sed & magnorum sumptuum; quan-
 doquidem multorum opera fuit vtendum
 ad colligendum ea digerendumque, quæ cen-
 turij suis infarcire voluerint. Itaque prima
 illis cura fuit, vt pecuniam, quam huius ne-
 gocij non secus ac belli neruum fore vide-
 bant, inter Lutheranae professionis homines
 corrogarent.

Pecuniæ,
 librique
 corrogatur
 ad hoc o-
 pus.

bb 2

Quam

ANNO

1552.

Flacius tri-
bunus &
procurator
æriarius.*In resp. Vvit-
tenberg. ad
Narrat.
Centuriat.
B. iij. a.*Flacius ar-
guitur cri-
minis pe-
culatus.Eius cona-
tus irriden-
tur.

Quam ad rem, vbi fama de hoc instituto per germaniam aliasque Europæ prouincias sparsa fuit, multi se paratos exhibuerunt, qui non modo suppeditarunt libros, sed & pecuniam liberaliter cõtulerunt. Quicquid verò nummorum suppeditabatur, ad Flacium delatum fuit, tanquam supremum huius operis gubernatorem; quem V Vittenbergenses hãc ob causam Tribunum æriarium, pecuniæ cõtuitorem, prouincialem, & Procuratorem per germaniam, vel Europam potius generalem primum, post etiam Dominum appellarunt. Postquam verò hic Magdeburgo discessit, in Thuringiam auocatus, vti paulò infra suo loco dicemus, alij cuidam è præcipuis gubernatoribus rei nummaria cura deman- data fuit.

Et Flacium quidem V Vittenbergenses editis in vulgus epistolis peculatus reum fecerunt, quasi collectam in publicos vsus pecuniam fraudulenter interuerterit, addito sarcasmo, Magdeburgi scilicet opus historicum consarcinari prorsus aureum, ex multo auro germanico conflatum. Persuasum habebant V Vittenbergenses, onus illud, quod in opere hoc pertexedo Flacius eiusque gregales fusciperent, longè grauius esse, quam vt ipforum humeris viribusque conueniret: futurumque, quod vulgo dicitur: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Ideoque spargendis in vulgus huiusmodi litteris & chartis ridebant conatum Flacij, & falsis scom-

scomatibus atq; dicerijs historicum hunc ANNO
 fœtum exagitabant, priusquam in lucem e- 1552.
 deretur. Id verò perquam dolenter tulerunt
 Centuriatores, veriti nimirum, ne princi-
 pes, ciuitates, alijque à conferendis in hoc
 opus subsidijs auerterentur, si mala fide pe-
 cuniam administrari crederent. Itaq; vt suo-
 rum liberalitatem alerent, detergendam cœ-
 fuerunt, quam VVittenbergenses asperse-
 rant, fœdam peculatus maculam, vnaque de-
 lineationem publicè proponendam illius o-
 peris, quod tanto conatu moliebãtur. Emit-
 tunt igitur scriptum quoddam admodum
 breue, in quo paucis explicant institutum
 suum, & modum describunt idipsum exe-
 quendi; adeoque totius operis idæam atque
 dispositionem velut in Synopsi delineatam
 proponunt in hunc modum.

Idæa ope-
 ris Centu-
 riatorum.

Institutum nostrum hoc est, inquit, II.
 quod decreuimus, aspirante Deo, Ideam Ec-
 clesiæ Christi in maximis & grauissimis re-
 bus, quantum quidem omnino fieri potest,
 ex vetustissimis & optimis autoribus, tum
 historicis, tum Patribus, alijsque Scriptori-
 bus comportare. Nam in Eusebij, & in alijs
 plerisque historijs personæ ferè tantum tra-
 ctantur: De doctrina, quæ anima & forma
 ecclesiasticæ historiæ esse debebat, ferè nihil
 inest: de ceremonijs, de controuersiarum
 diremptione, de gubernatione Ecclesiarum,
 & alijs eius generis permultis, aut mutæ
 sunt prorsus, aut valdè mutilæ; ita vt non

In Narrat.
 Centuriat.
 de Eccl.
 Historia,
 A. iij. a. &
 seq.

ANNO
1552.

tantum nos, sed omnes rectè iudicantes, aliquanto neruosiorem, & pleniorẽ Ecclesiæ historiam iamdiu desiderarint. Etsi autem nostra imbecillitas melius nobis cognita sit, quam alijs, tamen cum à multis non imperitis aut indoctis hominibus simus rogati & incitati (præsertim cum ij, qui doctrina, & alijs rebus plurimum potuissent,) labores istos, quia præmia viderentur deesse, omninò detrectabant delineationem quandam potius, quam tractationem experiri voluimus; id quod nemo nobis vitio poterit vertere; Quia igitur singulis prope modum seculis magnæ quædam mutationes rerum acciderunt, visum nobis est res ecclesiæ ita partiri, vt singuli libri singula secula aut centurias, vti vocamus, complecterentur. In ijs porro certos titulos aut capita habemus, quæ eodem ordine & modo in omnibus seculis manent; hoc videlicet pacto:

Loca vel
capita Censuriorum.

1. Vt primum caput propositionem & argumentum libri contineat. Secundum, quod in loco totius orbis terrarum in hoc seculo fuerint Ecclesiæ hospitia; quæ propagationes siue ampliationes siue conuersiones factæ. Sedes enim Ecclesiæ Dei primum delineandæ videntur. Tertium, qualem Ecclesia Dei vel persecutionem vel tranquillitatem habuerit, & à quibus vel male vel bene tractata sit, & quales hostes ac persecutores Deo poenas dederint. Hæc ad externam Ecclesiæ faciem vtcunquẽ cognoscen-

gnoscendam faciunt. Quartum, qualem ANNO
 doctrinam in singulis articulis ea ætas ha- 1552.
 buerit, & in quibus rursus facta sit incli- 4.
 natio. Ea verò nunc ad interiorem Eccle- " 5.
 siæ formam perdiscendam conferunt. Quin- " 6.
 tum, quales hæreses & corruptelarum ma- " 7.
 nifesta portenta eo sæculo grassata sint. Nam " 8.
 antithesin veræ doctrinæ, ac furores dia- " 9.
 boli proponunt. Sextum, quales passim " 10.
 ceremoniæ in Ecclesia vel in vsu fuerint, " 11.
 vel recens inuentæ atque assumptæ sint. " 12.
 Adhærent enim doctrinæ. Septimum, qua- " 13.
 lem gubernationem in ecclesiasticis rebus " 14.
 habuerint personæ ad ministerium desti- " 15.
 natæ; qui gradus extiterint, quæ officia " 16.
 gesserint; qualis fuerit consociatio siue v- " 17.
 niuersalis siue prouincialis, & similia. " 18.
 Hæc enim pars quasi præcedentes aliquot " 19.
 coniungit, & actiones externas Ecclesiæ " 20.
 exponit. Octauum, qualia schismata orta " 21.
 sint inter Ecclesiæ Doctores, & quomo- " 22.
 do composita. Nam de religionis contro- " 23.
 uersijs illa nascuntur. Nonum, qualia " 24.
 Concilia eo sæculo sint celebrata, ad quæ " 25.
 quidem occasionem hæreses, schismata, ac " 26.
 contentiones præbuerunt; & quomodo sin- " 27.
 gula tractata, quæ denique decreta fanci- " 28.
 ta ibi sint. Hæ sunt præcipua methodi ca- " 29.
 pita. Postea aliquot alia annectuntur, in " 30.
 quibus ea, quæ in superioribus non po- " 31.
 tuere commodè explicari, pertractan- " 32.
 tur. Decimum, quales personæ in " 33.

ANNO
1552.

- ecclesia Dei illustres fuerint, quas vocationes
gesserint, quod docuerint, quos neuos habu-
erint, quæ certamina sustinuerint &c. Vnde-
II. cimū, quales personæ hæretici fuerint. Duo-
12. decimum, quales martyres ea ætate facti.
13. Decimum tertium, qualia miracula & prodi-
14. gia eo tempore acciderint. Decimum quar-
tū, quo in statu fuerint res Iudaicæ externæ.
15. Decimum quintum, quales religiones extra
16. Ecclesiam, & quo in statu fuerint. Decimum-
sextum, quales mutationes in politicis Im-
perijs eo tempore factæ sint.

Et in hisce capitibus singulis ordo rerum
gestarum, & annorum annotatio, quantum
fieri potest, obseruatur. In istis Synopsis Ec-
clesiæ cuiusque seculi comprehendi & expli-
cari mediocriter posse iudicamus. Neq; verò
temere eum ordinem arripuimus, sed ipsa
rerum tractatio, & deliberationes plurimæ
eū, Deo nos iuuante, suppeditauerunt. Breui
autem, Deo dante, integram Methodon in
lucem dabimus, ex qua partium omniū har-
moniam ac distributionem candidi lectores
cognoscent. Iam neminem esse credimus vel
tam hebetem, vel etiam tam peruersum, qui
non videat, res longe grauissimas variasque
ad istas metas pertinere, nec satis esse, quali
stringere leuiter materias, verum aliquanto
solidius inferendas esse. Facile insuper ani-
maduertunt prudentes viri, non sufficere
vnum aut alterum ad res tantas comportan-
das & recte connectendas.

Est

Est autem ipse processus, ut sic dicamus, tractationis in istas quatuor quasi operas distributus. Primum alimus certis stipendiis iam septem studiosos, doctrina ac iudicio mediocri præditos, qui autores sibi propositos euoluunt summa attentione & fide, ac iuxta Methodi metas sollicitè & curiosè singula excerpunt, & quasi anatomiam autorum faciunt, suoq; loco quælibet ascribunt: idque faciunt semper vnum seculum post aliud in manus accipientes. Deinde alimus duos magistros, ætate, doctrina, & rectitudine iudicij præstantes, quibus, quod priores sedulæ ac industriæ apiculæ ex varijs locis ac floribus conuexerunt, traditur, ut rerum cõgestarum dijudicationem faciant, delineent ac disponant, quæ in scriptionem venire debent; ac denique pertractent & connectant narratione historica. Tertio, constituti sunt ex gubernatorum numero quidam inspectores, qui collectoribus materias distribuunt, & ea, quæ sunt delineata examinant, & rerum iudicium atque partium collocationem adiuuant (nihil enim scribitur, nisi prius hac ratione diiudicatum sit) scripta deinde rursus sub limam vocant; ac denique etiam quædam pro necessitate ipsi cõtexunt ac scribunt. Quarto alimus amanuensem, ut vocant, qui sic composita mundius describit. Ultra hosce sunt communes totius operis gubernatores & inspectores optimæ fidei homines quinque, qui consilijs præsunt,

1.

“

“

“

2.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

3.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

4.

“

“

“

“

“

5.

bb 5 & ido-

ANNO
1552.

& idoneas personas accersunt, nō idoneas dimittunt; habent sumptuum rationem. Vnus autem ex istis, si quid contribuitur, custodit, & habet libellos acceptorū & expensorum.

Quærun-
tur super
inopia sū-
ptuum.

Hæc illi de dispositione totius operis, deque laborum atq; operarum partitione, priusquam vlla centuriarū lucem aspexit. Quæruntur deinde de inopia sumptuum; qui cū parcè suppeditentur, operarios nō liberaliter satis pro merito, sed frugaliter alēdos aiunt.

Excusant
Flacium.

Excusant tandem Flacium Illyricum de peculatu, eumq; iniuria nō vulgari dicunt affici, quod in suspicionem trahatur, quasi pecuniam communē fraudulenter interuerterit; testantur eum eleemosynas collectas optima fide in opus hoc impendisse. Graues se labores, inquiunt; sustinere, quibus benevolentiam, communicationē consiliorum, librorū & sumptuum, aliaq; id genus officia potius, quam sannas, ludibria, irrisiones, sarcasmos, & criminationes mereantur. Subscriperunt huic Narrationi nomina sua Centuriatores omnes, summi, mediaستي, infimi, numero quatuordecim; Flacio tantum excepto, qui vel iam tū Magdeburgo discesserat; vel consulto subtraxit manum, ne furti accusatus innocentiae testimonium ferret de seipso, sed per alios potius ab intentato crimine liberaretur. Alioquin licet, anno 1557. relicto Magdeburgo in Thuringiam commigravit, à Synedrio tamen vel collegio centuriatorū nō discessit; vt editæ sequentibus annis centuriæ testantur.

Ca-

Cæterum iurene an iniuria Flacio pecu-
 latus notam inusserint isti, equidē comper-
 tum non habeo: illud constat, non modo de
 pecunia hac, verum & de libris venditis in-
 famiam quandam illius nomini postmodum
 adhæsisse; quā Melanchthonicorū perpetuæ
 criminationes nō parum auxerunt. Memini
 ego audire me ex Concionatore Lutherano,
 qui Magdeburgi aliquandiu hæserat, Illyri-
 cum palam insimulatum furti, quod libros
 manuscriptos in membrana communicatos
 aliunde, cum vsui esse desiissent, vendiderit,
 eorumq; pretium conuerterit, in priuatos v-
 sus. Certè Concilium Nicenum Francofurti
 constat in nundinis ab eo venditum cuidam
 ciui nostro, doctrina & pietate præstanti vi-
 ro, qui rasuram in eo deprehendit, vti refer-
 re consueuerat, ob quam scriba publicus vel
 Notarius infamis redderetur. Scriptum e-
 rat; assidente Constantino; at in voce, as-
 sidente, priores duæ litteræ raso pergame-
 no deletæ erant, suppositæque tres aliæ,
 præ, quasi Constantinus in Concilio præsi-
 dentis munere perfunctus fuerit: id faci-
 nus si Flacius admiserat, vti prorsus est ve-
 rissimile, furtum aut peculatus falsi crimine
 cumulatur. Verum hæc obiter per occasio-
 nem.

Vbi prodijt in lucem hæc Centuriatorum
 Narratio, V Vittenbergenses anno 1558. re-
 spondent edito scripto quodam supra modū
 acerbo, cui & ludibria passim inspergunt &
 san-

ANNO

1552.

Iudicium
 Lutheran.
 de crimine
 peculatus
 Flacij.

Flacij fraus
 in vendito
 Concilio
 Nicæno.

Wittēber-
 gensium
 sannæ in
 Flacium &
 Wigandū.

ANNO
1552.

*In resp. ad
Narrat.*

B. iij. b.

Flacij sen-
tentia de
Academia
Witten-
berg.

Epitheta
Flacij.

Ibidem

D. ij. b.

Refellunt
obiectio-
de inopia
sumptuū.

Contribu-
entium di-
uersus ani-
mus.

fannas in opus historicum, eiusque fabricatores, & in Flacium imprimis, VVigandumque, duos illius operis primarios gubernatores atrociter debacchantur inter cætera Flacium asseruisse dicunt in scripto quodam publico, rectius facturos parentes, si in lupanar liberos suos mittant, quã in Academiam VVittenbergensem. Itaq; criminationibus vicissim illum incessunt acerbissimis, eumq; diabolum, imo Centuriatorum, quos miseros diabolos vocant, patrem *διαβολικώτατον*, sceleratum parricidam, tribunum ærarium, pecuniæ in vsum publicum commendatæ depeculatorem, demum impostorem sceleratissimum appellant.

Sumptus ad historiam scribendam per totam fermè Europam conquisitos aiunt, magnamq; pecuniæ vim initio collectam, cum potestates, throni, regna, nationes, respUBLICÆ, reges, principes, comites, nobilitas, consiliarij, doctores, ciuitates, equites, mercatores, & fœneratores certorum locorum contribuerint. Nec omnes ijsdem causis ad largiendum permotos fuisse. Quosdam, quorum minimam partem fuisse dicunt, pro studio; alios zelo peruerso, nonnullos cupiditate vindictæ, quam à Flacianorum scriptionibus sperarint; alios aduersariorum odio; alios spe nouorum motuum; alios gloriæ cupiditate impulsos, nimirum vt celebraretur illorum liberalitas, pecuniam contulisse. Quosdam ad contribuendum Flacij com-
men-

mendicatoris autoritate permotos, cuius per
Europam nomen ob concitatas turbas cele-
bratum fuerit : Nec paucos pecuniam elar-
gitos in historiam hanc ecclesiasticam, qui,
quid historia sit & ecclesia, nesciant, sed Fla-
cium modo nouerint. Inueniri etiam inter
contributores, quos stultitiæ suæ in largien-
do pœniteat. Interim si operarij minus lar-
giter habeantur, & tenui operentur stipen-
dio, id non inopia sumptuum fieri, cum mul-
tum auri congestum sit; sed eius culpa, qui
rem nummariam curet. Iniquum esse, ut alij
mercedem præripiant ijs, qui æstum diei fe-
rant, & pondus laborum: cum quibus ita
comparatum sit, ut dum ipsi comportant hi-
storias, alius pecuniam comportet aspor-
tetque.

ANNO
1552.

Hæc & id genus alia de Centuriatoribus, Centuriæ
eorumq; conatu historico scholastici VVitten- in publicū
bergeneses scripserunt, cum Flacius cæte- exeunt.
rique moderatores Centuriis nondum edi-
tis domi adhuc incubarent: Quas tamen
paulò post, quam scriptum hoc VVitten-
bergenesium prodiisset, in publicum profer-
re cœperunt: ne scilicet alienatis hominum
animis, & neruo contributionū inciso, quod
ad importunos VVittenbergenesium clamo-
res fieri posse videbant, ab instituto tandem
esset desistendum. Prodierunt igitur dein-
ceps aliæ centuriæ post alias, in quas integrū
ecclesiasticæ historiæ corpus secuerunt, edi-
tæ sub nomine studiosorum aliquot, & pio-
rum

ANNO
1552.

Autores
Centuria-
rum.
Ibidē B. ij. b.

Mala fides
Centuria-
torum.

rum virorum in vrbe Magdeburgica. Hi fuerunt numero quindecim, quemadmodum ex Narratione constat de idea totius operis, quam VVittenbergenses tam mordaciter, vti diximus, sugillarunt. Huic enim omnes, qui tum distributis operis laborabant, excepto Flacio nomina subscripserunt, & quidem hoc ordine: Ebelingus A-
 ” leman Consul. Martinus Copus Doctor
 ” medicinæ. Ioannes VVigandus pastor ad
 ” S. Vdalricum. M. Matthæus Iudex, mi-
 ” nister verbi Dei ibidem. M. Basilius Fa-
 ” ber. M. Pancratius Veldpock. Am-
 ” brosius Hidfeld. David Cicelerus. Ca-
 ” sparus Leunculus. VVilhelmus Radensis.
 ” Nicolaus Beumullerus. Bernardus Niger.
 ” Petrus Schröder. Conradus Agrius. His si
 Flacium addas, supremum operis archite-
 ctum, erunt in vniuersum quindecim è quo-
 rum numero quatuor tantum præcipui mo-
 deratores additis præfationibus nomina sua
 centuriis adscripserunt: Matthias Flacius
 Illyricus, Ioannes VVigandus, Matthæus
 Iudex, & Basilius Faber. Quam verò mala
 fide, quamque fraudulentè egerint hi gu-
 bernatores, dum conquistam è scriptis ve-
 terum, inque locos digestam rerum varia-
 rum sylvam centuriis istis infarciuerunt, à
 Catholicis maturè deprehensum est, &
 scriptis publicis, luculenter
 demonstratum.

- I. Flacius Melanchthonem ad palinodiam vocare conatur, idq; per Coccheritium.
- II. Eum ad Colloquium inuitat, adducitq; ad agnitionem delicti.
- III. Ienam vocatur ad Superintendentiam & professionem. eius lucubrationes quaedam, & communia cū Magdeburgensibus fulmina in Synergistas. dissidium cū Strigelio.
- IV. Liber Ienensis, indeq; origo turbarum inter Flac. & Synerg. Strigelio ob id in carceres coniecto.
- V. Disputatio Flacij cum Strigelio Manichaeismum & alias haereses propugnantis, unde & apud suos, & ipsum principem omni gratia excidit.

AT QV E hæc quidem de historico Magdeburgensium opere duximus inferenda, quandoquidem Flacij vitam scribimus, quem huius instituti primum autorem fuisse constat. Nunc ad actiones reuertamur breuiter pertexendas secundum annorum seriem, extra quam Centuriatorum ductu nonnihil egressi sumus. Dum obsessus fuit Magdeburgi Flacius, & postmodū obsidione soluta cum Osiandro, Maiore, Svvencfeldio conseruit manū, vnaq; dirigendis annualium centurijs occupatus fuit, paulò remissius Melanchthonē per annos aliquot exagitauit. Imprimis vero ferociam ipsius atq; impetum fregisse videtur obiectū à Wittenbergensi-

I.
Flacius conatur Melanchthonem ad palinodiam reuocare.

Flacius reus criminis peculatus.

ANNO
1552.

Ecclesia
Luth. di-
strahitur.

gensibus sc̄dum peculatus crimen: quod licet socij detergere conati sunt, elui tamen aspersa labes ad eum modum non potuit, quin fibræ suspicionum in hominum animis remanerent. Vidit præterea Flacius Ecclesiam Lutheranam magis magisq; luxari dissidiis intestinis, & in varias factiones distrahi, dum noua subinde dogmata cuderentur è Lutheri principiis, aliæque sectæ post alias suppullularent. Qua re permotus cogitandum censuit de dirimendo potius, quam augendo certamine, quod illi cum VVittenbergensibus acre satis & cruentum ab annis aliquot intercellerat. Itaque Melanchthonem captauit variis modis, quem eo perducere conatus est, vt lapsum agnosceret, & cantata palinodia in viam rediret euangelicæ veritatis, quam in consultationibus de libro Interim per Mauritium institutis in gratiam hominum deseruisset. Id vero Flacius non modo coram viua voce, sed & absens per litteras, imo & per emissarios suos Melanchthoni conatus est persuadere: Quamquam frustra semper ea quidem in re laborauit.

Anno 1555.
Cocceritij
conatus in
reuocando
Melancht.

Anno 1555. Octobri mense, quidam de Flacij contubernio, vir grandæuus, Cocceritius nomine venit ad Melanchthonem, illique conditiones quasdam proposuit, quibus concordiam inter Flacium, & VVittenbergenses instaurari posse iudicabat. Cuiusmodi verò fuerint istæ conditiones, quoque euen-

euentu Cocceritius iste conciliationem ten- **ANNO**
 tarit Melanchthon ipse breuiter loco quodā **1555.**
 commemorat, cuius verba ea de re infero: *In ep. Mel.*
 Cum rediissem domum, inquit, postridie *ad Gamer.*
 mane venit ad me Cocceritius senex, primū *pag. 694.*
 vt L. Gellius Athenis philosophos, ita hic *Verba Me-*
 nos ad concordiam hortatur: sed hoc du- *lanchtho-*
 rius quam ille Romanus; affert præformata *nis.*
 capita, primum de palinodia; iubet fateri, *“*
 nos aboleuisse decalogum. Hæc enim erant *“*
 verba in ea formula. Deinde noua *συννομο-*
σία, coniuratio, erat addita, vt promittere- *“*
 mus, nunquam nos accessuros esse ad vllas *“*
 conciliationes, si quæ cum Episcopis insti- *“*
 tuerentur: nec vnquam cōcessuros esse prin- *“*
 cipibus, vt aliquid in ecclesia constituant. *“*
 Respondi planè *λακωνικῶς περὶ ὧν ἐνεγράφη;* *“*
 ἔδου Laconice, de quibus perscripserat: Non *“*
 eo autem breuior fui, ne quid iratus dicerem *“*
 durius. Legeram enim virulentum scriptum *“*
 somnij germanici, cuius autorem esse τὸν *“*
 ῥάπην quidam suspicantur; quidam Poly- *“*
 phemi filium, fratrem τοῦ Ἰλυριοῦ. Ego non *“*
 vnum ῥάπην scripsisse iudico, sed multos *“*
 fuisse *συῤῥακτας*, consarcinatores; ac video *“*
 nos duos præcipuè peti, & nostris capitibus *“*
 fata cantari. *“*

Haftenus Melanchthon: quem anno se- **II.**
 quente proximo Flacius ipse ad colloquium **Anno 1556.**
 inuitauit, eiq; locum constituit Cosvvicum, *Flacius in-*
 medio fere itinere inter Magdeburgum & *uitat Me-*
 V Vittenbergam situm oppidum. Melanch- *lanchth. ad*
Colloquiū
 thon *Coswici.*

ANNO
1556.

Infirmitas
Melanch.

Re infecta
discedunt.

Melanch-
thonici
perunt
ἀμνησίαν
impruden-
tiae à Fla-
cianis.

thon solus colloqui cum Flacio recusavit. Actum est de mediis, quibus intestinum disfidium vtriusq; partis honore saluo componeretur. Et Flacius quidem gratiam, pacem, amicitiam, & nihil non VVittenbergensibus obtulit, modo se passos quiddam humanitus, & in errorem lapsos faterentur, ac deinceps in officio futuros promitterent. Melanchthon verò licet infirmitatem suam agnosceret, seque in deliberationibus de libro Augustano, pacis studio, periculiq; vitandi gratia forte longius progressum non diffiteretur; defectionis tamen ab Euangelio proditæque veritatis crimen sibi per aduersarios impositum dolenter & indignè tulit. Verbis vltro citroque commutatis re infecta tandem discessum est: acta verò Colloquij postmodum typis expressa fuerunt, & per Germaniam diuulgata.

Urgebant Melanchthonis fautores inter cætera perpetuam *ἀμνησίαν* vel obliuionem eorum, quæ forsan hætenus in negotio conciliationis Augustaniquæ decreti parum caute per imprudentiam acta fuissent, ne scilicet Melanchthon ad publicam illius lapsus palinodiam adigeretur; sed vt offensionibus vtrinque condonatis, & vtrisque pacis studio deinceps quiescentibus sanaretur hoc vulnus, & tota controuersia paulatim consenesceret. Flacius verò eiusq; socij palinodiam omnino postulabant, eamq; publicam, nec amnestiæ vel obliuionis tegu-
men-

mento velandam iniuriam dicebant, quam ANNO
 euangelio, Ecclesiæque Lutheranæ per Me- 1556.
 lanchthonem eiusque socios illatam quere-
 bantur. Melanchthon verò, ut placaret
 aduersarios, seque pacis cupidum ostende- Melanch-
 ret, anno 1556. datis ad Flacium litteris, in- thon agno-
 ter cætera, quæ de consultationibus aulicis scit delictū:
 scribit, ad mitigandum illius animum, gra-
 uiter à se peccatum fatetur, eoque nomine
 veniam petit à Deo, quod actionibus per
 Mauritium institutis de libro Interim, de-
 que concilianda religione se passus sit adhi-
 beri.

Hac eius ingenua confessione, Flacius cæ- Flaciani fi-
 terique factionis istius, annis sequentibus ad unt turbu-
 Melanchthonem inuidia maiore grauā- lentiores.
 dum, premendumque fortius abusi sunt; qui
 tamen hoc ipsum, quod priuatim scripsit ad
 Flacium, etiam publicè profiteri non recu-
 sauit, anno sequente proximo, quo VVit-
 tenbergenses eandem hanc epistolam ipso
 conscio typis excusam, publici iuris fece-
 runt. Verum ne sic quidem satisfieri po-
 tuit aristarchis istis, qui vel palinodiam pu-
 blicam vrgebant, vel Synodum gentis Lu-
 theranæ, in qua disputatione publica cōgre-
 derentur cum Melanchthone, dirum ana-
 thematis fulmen in caput eius vibraturi, si
 quis huiusmodi conuentus haberetur. Non
 ignorabat hoc Melanchthon: itaq; cum Fla- Melanch-
 cium eiusque socios nullis à se rationib. miti- thon se pla-
 gari posse cerneret, missos eos deinceps fecit, nis abdicat
 velut

ANNO
1556.

Eorum conatus & consilia eludit.

velut homines turbulentos ingratosq; quos ipse propemodum omnes, velut serpentes in sinu fouerat, nec porro quicquam commercij cum ijs habere voluit. Interim conatus Flacianorum omnes, & consilia de Synodo cogenda variis artibus elusit impediuitque. Et quanquam Principes nonnulli Flacianorum instinctu magno studio negotium illud vrgerent, Melanchthon tamen, quibuscumque potuit rationibus fregit hunc impetum, effecitque ne dum ipse viueret, vllus huiusmodi conuentus haberetur.

III.
Flacius Ienam vocatur.

Eius libellus mendax de testibus veritatis.

Liber contra Swenckfeld.

Per id tempus Duces Saxoniae Vinarienses, Ioannis Friderici Electoris filij, multum laborabant, vt Flacium Magdeburgo Ienam traducerent honesta conditione proposita, nimirum vt in Vniuersitate noua Theologiam doceret Lutherano ritu, vnàque munere Superintendentis in ditionibus ipsorum fungeretur: Quibus ille sub finem anni 1556. operam suam condixit, modo semestris vnus moram concederent. Erat Flacius id temporis totus in digerendis, quas diximus annalium ecclesiasticorum centuriis. Habebat & librum sub manibus, quem Catalogum inscripsit testium veritatis, mendacis & calumniis refertum: Præterea scriptum quoddam cudebat satis prolixum contra Schvvenckfeldium; neque se expedire poterat ex istis occupationibus, nisi totus ijs vacaret integro semestri, atque interim ab aliis curis molestisq; liber esset: Quod

Quod spacium Principes illi facile concesserunt.

ANN^o

1556.

Heidelber-

Paulò post & Heidelbergam vocatus fuit per Ottonem Henricum Electorem Palatinum, qui per id tempus Ludouico patruo sine hæredibus vita functo, in Electorali dignitate successerat. Et quia decretum habuit publicam religionis atque rituum mutationem inducere, Flacium vocare placuit, vt illius consilio atque opera ad constituendas in Palatinatu ecclesias vteretur.

gam inui-

tatur à

Principe.

Non renuit ille quidem, modo Saxonie Duces Vinarienses, quibus sese iam ad ministerium obligarat, à nexu promissionis solutum isthuc ire paterentur: quod cum obtineri non posset, fides Flacio seruanda fuit, exactoque semestri Ienam migrandum.

Venit isthuc anno 1557. circa festum Paschæ, & in Academia Ienensi præter Erardum Sneppium, Victorinum quoque Strigelium inuenit, hominem Melanchthoni vehementer addictum, cum quo graues deinceps controuersias habuit, vti paulò post dicemus.

Anno 1557.

Ienam ve-

nit, ibique

domiciliũ

figit.

Inualuit per id tempus noua quædam factio, vel heresis inter Lutheranos, cui Flaciani Synergistarum nomen indiderunt, quod in rebus ad salutem pertinentibus humano arbitrio per Dei gratiam excitato, virium non nihil & cooperandi facultatem tribueret. Ea VVittenbergæ per Melanchthonem concepta primum, inde Lipsiam pro-

Synergy-

starum se-

cta.

cc 3

femi-

ANNO
1557.
VVitten-
bergæ &
Lipsiæ gli-
scit.

feminata est, vbi postmodum anno 1555, per Iohannem Pfeffingerum Melancthonice disciplinæ Theologum in lucem producta fuit, & publicè propagata. Habuit Pfeffingerus iste suos assecclas, quos continuo, simulatque in publicum prodiit hæc secta, Flacius, Ambsdorffius, ceterique Magdeburgenses hostiliter oppugnarunt.

Magdebur-
gum statio
Flaciano-
rum.

Erat Magdeburgum id temporis statio Flacianorum & receptaculum tutissimum, vbi latitabant velut in præsidio quodam, & quoscunq; placuit, Melancthonem, VVittenbergenses, Lipsienses, Osiandrinus, Adia-phoristas, Maioristas, & demum Synergistas velut hostes euangelij, magnis importunisq; clamoribus exagitabant, ac dirum anathematis fulmen, in quoscunque collibitum fuit, lingua calamoque iaculabantur. Interim ipsi reliquis ab euangelio deficientibus se solos purum retinere sincerioris doctrinæ nucleum, & Dei causam agere buccis tumentibus iactitabant. Ideoque Magdeburgum velut officinam spiritualium armorum contra Cæsarem, Mauritium, & nouas Lutheranorum hæreses, imo, vt tum vulgo loquebantur, velut ipsius Dei Cancellariam haberi postulabant: ex qua Flacius eiusque socij decreta diuinæ maiestatis quaquaversum emitterent. Igitur quemadmodum annis superioribus hæreses in Lutheranos exortas è Magdeburgensi præsidio libris editis

Cancellaria Dei vo-
citur.

Synergy-
stas conde-
mnant.

infe-

ANNO
1557.

infectati fuerant; ita & Synergistas, cū prodirent in publicum dentatis scriptis lacertos autoritate prætoria velut pro tribunali condemnarunt: quod factum est, priusquā Flacius relicto Magdeburgo vocatu principum in Thuringiam commigravit.

Huius vero nouæ factionis, Synergistarum inquam, erat & Victorinus ille Strigelius, de quo diximus, Ienensis academię professor, qui Flacium eiusq; socios oderat canepius & angue, quod dicitur: quanquam dissimulandum illi fuit odium ad tempus, ne Principes offenderet; à quibus Flacius generalis ecclesiarum inspector, vnaq; Theologię professor in Academia constitutus erat. Itaque velut Archiepiscopus quidam supremam habebat rerum ecclesiasticarum curā: qua dignitate maiorem inter Lutheranos sperare non potuit: nisi se Papam quendam in gente Lutherana constitueret; quod machinari Flacium VVittenbergenses omnino persuasum habuerunt. Hic igitur supremi fastigij fulgor Strigelium deterruit, ne quod animo conceptum gerebat odium, in Flacium effunderet. Interim vt erat impotentis animi cohibere se nō potuit, quin paulatim mentis secretum, & odij virulentiam proderet: quæ tandem velut ruptis repagulis liberius prouolauit; quod per huiusmodi occasionem factum accepimus.

Flacius nō-
uus Papa
inter Lu-
theranos.

A Strigelio
odio habe-
tur.

Mandarāt Flacio princeps senior, Ioan-
nes Fridericus secundus, qui suo fratrumq;

IV.

Cura prin-
cipum in

CC 4

nomi-

ANNO
1557.
conferuan-
do puro
puto Luthe-
ranismo.

nomine ditionem à patre relictam solus ad-
ministrabat, hic, inquam, inter cætera Fla-
cio dederat in mandatis, ne quid contagio-
nis aut errorum admisceri pateretur synce-
ro Lutheranismò, quem Principes isti pu-
rum putumque magno zelo profitebantur.
Hunc non in dogmatibus tantum, verum &
in ritibus externis prorsus integrum, nulla-
que sui parte, vel leuiter mutatum retineri
voluit, persuasus sese cum fratribus in peri-
culo futurum amittendæ veritatis, si mini-
mam in vllò doctrinæ capite, vel externo
ritu mutationem admitterent. Flacius igitur,
vt Principum voluntati satisfaceret, autor illis vicissim fuit, vt quia varij passim
errores inter Lutheranos gliscerent, autori-
tate sua librum quendam promulgarent à
Theologis conscriptum, in quo confutaren-
tur errores omnes superioribus annis exorti,
quos ipsi velut alienos ab Augustana Con-
fessione notandos anathemate iudicarent.
Placuit consilium seniori Principi: itaque
mandatum fuit Theologis Ienensibus, vt
huiusmodi volumen conscriberent.

Flacij con-
siliu de
erroribus
confutan-
dis.

Liber Theo-
logorum
Ienensium.

Examina-
tur Vina-
riæ à Super-
intenden-
tibus.

Subierunt laborem istum Erardus Snepf-
fius, Victorinus Strigelius, & Angelius qui-
dam Ienensis pastor, Flacio vel disiungente
se de industria, vel Strigelij machinationi-
bus excluso. Vbi liber absolutus fuit, Vina-
riam conuocati fuerunt Superintendentes om-
nes, vt examinarent scriptum hoc, suoque
calculò approbarent. Suasit Flacius confi-
liariis,

liarijs, vt cum ad censuram liber reuocare- ANNO
 tur, autores, qui eum scripserant, præsentes 1557.

non essent; tum vt liberiora essent examina-
 torum suffragia; tum verò, ne qua forsan in-
 cideret altercandi occasio, si quid censores in
 eo mutandum corrigendumve iudicarent.

At princeps præsentes esse voluit autores, cū
 liber perlegeretur: Quæ res in eo conuentu
 magnas turbas dedit. Cū enim Flacius, qui

primus erat inter censores, alijque superin-
 tendentes inter legendum subinde monerēt,
 si quid emendandum videretur; autores ve-
 rò hoc ipsum iudicarent ad contumeliam

suam pertinere, nō rarò iurgium inter vtro-
 que magnique dissidij flamma exarsit. Nec
 transigres concordibus omnium suffragijs
 ad eum modum potuit, vti Princeps desi-

derabat. Congesta nihilominus fuit farrago
 quædam aut sylua Confutationum istarum,
 quæ post editæ fuerunt: Sed ea ipsa tum qui-
 dem propter varias altercationes seposita
 fuit.

Murmur
 & dissidiū
 inter Theo-
 logos.

Farrago
 confuta-
 tionam
 cōgeritur.

Obijt paulò post Erardus Snepsius, qui
 cum partibus Flacianis satis addictus esset,
 Strigelium autoritate sua cohibuit, ne in Fla-
 cium, quam animo gerebat amarulentiam e-

uomeret. Verum illo rebus humanis exem-
 pto, quod anno 1558. contigit Calend. Nou.
 frænum excussit homo vehementer impo-

tens, ac deinceps in prælectionibus publicis
 genuinum Flacio dentē liberius infixit, pro-
 bris varijs atque conuitijs in eum congestis.

Ann. 1558.
 Snepsius
 moritur.

ANNO
1558.Strigelius
conatur
infamare
Flacium.Principis
industria
in Strig. &
Flacio con-
citando.
Improbatur
à Flacio.Consilium
Flacij.Princeps in
sua senten-
tia persi-
stit.Colloquiũ
& alterca-
tio Strig. &
Flacij.

Hoc vnum verò Strigelius spectauit clamoribus istis, vt Flacium odiosum redderet omnibus, & studiosos in eum maximè concitaret. Quod cum princeps intelligeret, cauendum ratus, ne scœdum hoc inter professores dissidium Vniuersitatis dissipationè gigneret, causam ad se reuocauit, missoque Pontano, qui Cancellarij munere fungebatur, Flacio renūciat, velle se audire vtrunq; coram, & quid simultatis inter eos gliscat, cognoscere. Flacius non admodum probabat hoc principis consilium, quod cōtentionem hac ratione sopiri dirimiq; posse desperaret; imò quod grauiores metueret ex hoc congressu motus: qui & paulò post secuti sunt Aliam igitur incendij restinguendi viam proposuit.

Agendum cum Strigelio celsuit peramanter, vt deinceps quiesceret, àq; conuitijs & criminationibus abstineret. Quod si ab eo posset obtineri, se quidem, quas hactenus intulisset iniurias omnes homini cōdonaturum. Si quid vitij vel erroris in doctrina sua deprehenderetur, paratum se causam submittere Synodo, eiusque decretum expectare.

At princeps in sententia perstitit, voluitque vt Strigelius se presente causas proderet, cur in Flacium tam impotenter stomacharetur.

Igitur ventum est ad Colloquium, in quo Princeps ipse, Cancellarius, alijque nonnulli præsentes fuerunt. Quanquam iurgium rectius dixeris, & virulétam altercationem, quam

quam colloquium. Et Flacius quidem ma-
gnis se contumelijs affectum querebatur; id-
que iam à multo tempore Strigelium operã
dedisse, vt non auerteret tantum hominum
animos à se, sed & omnes in odium sui vehe-
menter concitaret. Quin & epistolium pro-
tulit eum in finem à Strigelio sparsum inter
studiosos, vt se sociosque in odium adduce-
ret. Ille cõtra, nihil horum negauit; quæ pri-
dem publice priuatimque de Flacio dixerat,
ea nunc verbis vsus acerbissimis in faciem
obiectat: Nimirum quod semina spargeret
variarum dissensionum, & Lutheranam ec-
clesiam in factiones distraheret; quod hostis
esset infestissimus Augustanæ Confessionis,
& insignis Sycophanta; quod de persona
Christi sub voce, λόγος, monstri aliquid ale-
ret; quod Spiritum sanctum Psittaco compa-
raret; quod euerteret veræ Theologiæ prin-
cipia, & nouam quandam hæctenus inter Lu-
theranos incognitam Theologiam procude-
ret: Hæc atque id genus aliã, quæ de Flacio
absente contumeliosè sparferat, eidem nunc,
audiente principe, magna cum verborũ con-
tumelia in os ingressit. Ad quæ respondit
Flacius, seq; purgauit, vti potuit: Et res qui-
dem magna contentione acta fuit, cum neu-
ter alteri parceret: Nihil tamen aliud esse
ctum est hac altercatione, quam quod fieri
solet, cum oleum additur æstuanti camino.
Nam porrò illa dissidij flamma ceu flatu
vehementiore fuscitata in longè maius in-

ANNO
1558.

Flacius
queritur
de contu-
meliis sibi
illatis.

Strigelius
contume-
lias accu-
mulat.

Recenset
errores
Flacij.

Oleum &
operã per-
dunt col-
locutores.

cen-

ANNO
1558.
Iubentur
redire in
gratiam.
Renuit
Strigelius.

endum exarsit; vt Flacius ipse fatetur. Tandem mandatum illis fuit, vt animorum acerbitate posita, redirent in gratiam, atq; alter alteri reconciliaretur. Verum id frustra fuit: Strigelius imprimis magnis odij facibus accensus recalcitrauit, nec eo potuit vllis rationibus adduci, vt à maledicentia frenaret linguam, seque deinceps à conspuendo Flacij nomine contineret.

Opus confutationū absoluitur.

Hæc sub finem anni 1558. gesta sunt: Quo eodem tempore mandatu Principis tandem absolutum fuit opus, quod sub titulo confutationum de consilio Flacij viuente Snepfio fuerat inchoatum. Id Coburgi factum, vbi Maximilianus Morlinus, Ioannes Stoffelius, & Simon Musæus, Flacianæ factionis omnes, ex farragine illa quam ob dissidia concionatorum repositam supra diximus, librum contexuerunt: Quem Princeps Flacio Illyrico, Alberto Sarcerio, Ioachimo Morlino & Ioanni Aurifabro examinandum dedit, & corrigendum.

Ann. 1559.
Diuulgatur nomine Principum.

Hæreses è Lutheranismò exortæ.

Atque hic liber deinde sub initium anni sequentis 1559. nomine Ducum Saxonie Vinarientium diuulgatus fuit, mandatumque subditis, vt ad normam hanc fidem suam dirigerent, summoque studio sibi cauerent à contagione sectarum, quæ in eodem volumine recensentur. Eæ verò sunt omninò decem; Seruetistarum scilicet, Suenckfeldianorum, Antinomorum, Anabaptistarum, Sacramentariorum, Synergistarum, Osiandri-

drinorum, Stancaristarum, Maioristarum, & Adiaphoristarum : Quas omnes Principes isti de Flacij cæterorumque consilio velut alienas ab Augustana Cõfessione per sententiam condemnarunt. Tum verò Strigelius, qui de grege Synergistarum erat, continere se non potuit, quin mordaciter arroderet librum hunc, seq; palam illius aduersarium profiteretur. Monitus fuit ab aula, vt si probare nõllet vel tueri cõfutationes istas, carpere tamen atque oppugnare desisteret: Quod cum frustra fieret, tandem mandatu principis ob linguæ calamiq; petulantiam abductus fuit, & in carcerem compactus. Ille nihilo secius in sententia perstitit; & quidem pertinaciter, seq; moueri dixit conscientiæ testimonio, vt huius libri autoribus in faciẽ resisteret. Cùm aliquandiu detentus esset, Stosselius & Musæus agere cum illo cœperunt per litteras, quibus persuadere conati sunt, causas non esse, cur librum illum Confutationum tam pertinaciter oppugnaret: Flacius etiam in arce Gotana colloquium cū illo habuit, in quo refellere conatus est rationes, quibus in hac causa niti se profitebatur. Verum ille obiecta conscientiæ larua, omnes aduersariorum machinationes elusit.

Et quidem varij sermones de hoc facto Principis vulgo sparsi fuerunt, quod Lutheranus cum esset, eiusdẽ factionis homini religionis nomine vim inferret, quasi gladio eum ad deserendam, quam V Vittenbergæ hau-

ANNO
1559.

Strigelius
Opus Cõf.
contenit.

Carceri
mancipatur.

Obstinatio
Strigelij.

Conatus
irritus Fla-
cij & c. in
co miti-
gando.

Variæ opi-
niones Lu-
theranorũ
de captiui-
tate Stri-
gelij.

hau-

ANNO
1559.

Flacius ro-
gat Princi-
pem de in-
stituenda
disputatio-
ne.

Strigelius
iubetur se-
se parare
ad disputa-
tionem.

V.

Ann. 1560.
Disputatio
Flacij cum
Strigelio.

Capita cō-
trouersa.

Norma &
methodus
disputandi.

hauserat in Schola Melanchthonis, doctrinam coactus. Quæ res multorum animos non parum offendit. Itaque Flacius eiusque socij confutationum autores, in quos huius facti inuidia magnam partem redundabat, rogarunt principem, ut publicam institueret disputationem, in qua Strigelius solutis vinculis sententiam suam de controuersis dogmatibus publice proponeret, & si posset, tueretur. Acquieuit huic consilio princeps, mandauitque Strigelio, ut sese ad huiusmodi congressum compararet: Qua in re parendum quidem fuit, cum esset in manu principis: At fecit hoc Strigelius per quam inuitus.

Ceterum disputatio hæc an. 1560. Augusto mense, Vinariæ fuit instituta, principis auctoritate, qui cum suis perpetuo præfens actionibus omnibus interfuit, & Flacium cum Strigelio disputantem audiuit. Ut verò paratiores accederent, Flacius sententiam suam de capitibus maximè controuersis, puta de libero arbitrio, de definitione Legis & Euangelij, de Maiorismo, uti loquitur, de Adia-phorismo, deq; academica apocha, vel iudicij suspensione in rebus fidei, quibusdam aphorismis vel assertionibus complexus est. Idem Strigelius fecit mandatu principis, & quid ipse de capitibus iisdem sentiret, punctim more scholastico scriptis thesibus declarauit. Priusquam actionis fieret initium, de forma disputationis deq; legibus, quibus velut cancellis aut repagulis disputantes cohibe-

hiberentur, inter consiliarios principis, & ANNO
 Flacium atq; Strigelium acris fuit & diutur- 1560.
 na concertatio.

Tandē auctoritate principis hæ leges vtri- 1.
 que præscriptæ fuerunt: Vt, quod ad rem fa-
 ciat, sine verborum acerbitate vel contume-
 lia breuiter ac dilucidè in forma syllogismi
 vel entymematis proponatur: Vt præter 2.
 duo vel tria ad summū argumenta non pro-
 ferantur vna vice, nec trālitus fiat ad alia, nisi
 ijs penitus discussis: Vt quātum satis est tem- 3.
 poris ad argumentandum & respondendum
 vtriq; concedatur, & siquidē argumenti dif-
 ficultas ita postulet, deliberandi spatium ab
 vna sessione ad aliam detur, modo sophistica
 absit, & cauillandi studium: Vt disputatio 4.
 latinè peragatur, cū lingua hæc ad dispu-
 tādum sit commodior: Vt verbum Dei nor- 5.
 ma sit, & iudex vnicus; vtque plus valeat e-
 uidens scripturæ dictum vnicum, quam om-
 nes consequentiæ & testimonia patrum: Vt 6.
 vterque præstet iuramentum calumniæ,
 quod vocant; nimirum quod propositas as-
 fertiones suas in conscientia non alio, quam
 ipsius veritatis loco habeat; quodque nihil
 aliud, quam Dei veritatem in hac disputa-
 tione quærat.

Tandem 2. Augusti, anno 1560. horis ma- Pontani
 tutinis factum est disputationis initiū. Prin- prolog^o de
 cipio Pontanus Cancellarius præfatus multa causis &
 de volūtate principis, deq; causis huius insti- legibus di-
 tuti colloquij leges, quas diximus, principis sputandi,
 nomine

ANNO
1560.

Tredecim
congressus
habiti.

Dogmata
vtriusque
de libero
arbitrio.

Vtrique
appellant.

Soluitur
colloquiū.

Pontanus
Melanch-
thonicus.

nomine promulgavit. Deinde disputatum fuit ad octiduum, & tredecim interea congressus habiti. Flacius Simonem Musæum socium habuit, Lutheranae Theologiae Doctorem: Strigelius verò solus fuit. Quàquam Musæus à disputando se cohibuit; ne duo contra Strigelium solum in arenam descendere viderentur. Actum verò fuit de libero arbitrio; In quo capite negocium hæsit velut in vado: nec ad alias controuersias ventum est. Et Flacius quidè durum illud rigidumque Lutheri dogma propugnabat de seruo arbitrio: Strigelius vero Melanchthonis opinionem à prima duritie posterioribus annis emollitam tuebatur, quæ à Catholicorum sententia non magno interuallo distat. Vterque ad scripturas, ad confessionem Augustanam, ad Lutherum ipsum prouocabat; cum sententijs toto cælo disiderent: Neuter tamen à sententia discessit.

Post altercationem octidui, princeps ad octauum Augusti horis pomeridianis imposuit actioni finem, nec ferre voluit, vt ad reliqua disputationis capita progredierentur. Id quo consilio sit factum, publice quidem compertum non fuit. Verisimile tamen est, vel Pontanum Cancellariū impediuisse progressum colloquij, quod Melanchthonicus esset, & per Strigelij latus Melanchthonem ipsum configi cerneret: vel principem ipsum præcidisse telam hanc, quod ex discussione capitis vnus infinitas fore de cæteris altercationio-

ationes ominaretur. Accedit, quod in disputatione de libero arbitrio Flacium deprehendit assertiones quasdam tueri duras & horridas: Ex quibus noua postmodum hæresis inter Lutheranos exorta fuit, à Manichæorum delirio non multum aliena. Huius generis assertiones sunt: Quod peccatum originis in homine non accidens, sed ipsam hominis vel animæ substantiam appellat: Quod voluntatem hominis Sathanæ mancipium facit: Ideoque coactioni subditum hominem asserit, vt viuat agatque ad Sathanæ libitum: Quod essentiam hominis in imaginem Sathanæ transformatam dicit. Hæc & id genus alia postmodum occasionem præbuerunt quibusdam Flacij discipulis Iacobo Andree, Ioanni VVigando, Tiemannno Heshusio, alijsque, vt à præceptore secessionem facerent, eumque cum sectatoribus, qui peccatum assererent esse substantiam, Substantiarios appellarent: Quemadmodum hi vicissim illis Accidentiariorum nomen indiderunt, quod peccatum accidens non substantiam esse dicerent.

Itaque Flaciana factio, quæ tam acerbè Melanchthonem, & VVittenbergenses Lipsiensesque Lutheranos hætenus exagitarat, per occasionem huius disputationis in duas turmas distracta fuit, & fœde dissipata: qua de re forsan alibi dicemus:

dd

Inte-

ANNO
1559.

Manichæ-
ismus Fla-
cianorum.

Causæ se-
cessionis
discipulo-
rum a Fla-
cio.

Origo Sub-
stantiario-
rum & Ac-
cidentia-
riorum.

ANNO
1560.

Princeps
Flacio sp̄e
facit de
cōtinuan-
da dispu-
tatione.

De conuo-
cando Sy-
nedrio.
Principis
auerſio à
Flacio.

Magnis
augetur
inremen-
tis.

Interim princeps, qui Flacium hæc para-
doxa proferentem audiuit, abrumpendam
censuit disputationem ob multas causas, vt
Cancellarius in vltimo confessu assererat;
quarum nulla tamen in publicum prolata
fuit: Quamquam princeps, vt Flacio socijs-
que in pugnam ardentibus aliquo modo la-
tisfaceret, promisit continuandam breui
disputationem, & vbi de reliquis etiam ca-
pitibus disceptatum fuerit, conuocandam
deinde Synodum, eiusque iudicio finem hi-
sce controuersijs imponendum. Cæterum
licet Flacius in his congressibus sibi victo-
riam ascribat; aliam tamen Principis & con-
filiariorum sententiam fuisse vel ex eo colli-
gas, quod postea disputationem hanc in lu-
cem referri noluit; tū quod Strigelium pau-
lò post restituit in integrum; demum quod
à Flacio deinceps, eiusque gregalibus ani-
mum habuit prorsus alienum. Atque hæc
principis auerſio perpetuis incrementis post-
modum aucta fuit, Cancellario, qui Flacia-
nos infestè oderat, faces admouente, cum oc-
casio sese ad inflammandum Principis ani-
mum offerret.

C A P V T IV.

- I. *VVinterus ab officio Superintendentie per principem remotus indignante & fremente Flacio, magistratum ad pœnitentiam compellente.*
- II. *Flacius cum suis exautoratus Ratisbonam pergit,*

pergit: Musæus inde quoque Bremam abijt, ANNO
factusque superintendens disputationem 1560.

Vinariensem inter Flac. & Strigelium e-
dit. Flacianorum schisma diciturys Luthe-
ran.obnoxium, Flacij libri polemici & la-
bores Ismaelitici.

III. Antvverpiam euocatus abijt cum Spangen-
bergio, inde Franofurtum; sed & inde
max metu dilapsus est Argentoratum.

IV. Dogma Flacij de peccato originis, ex quo e-
natæ variæ sectæ, dissidia, certamina, ad
longum recensentur.

ACCIDIT per id tempus, vt pastor Ie-
nensis Balthasar VVinterus è Flacij di-
scipulis homo purè Lutheranus, autoritate
principis ab officio remoueretur, quod à Sa-
cramentorum vsu Iureconsultum quendam,
contra decretum ipsius Principis arcuisset. De-
cumbèbat lecto VVinterus, cù depositionis
sententia per consiliarios ad ipsum deferretur;
Et non diu post extremum diem clausit.
Flacius hoc facto principem violasse ius cla-
uium, quas Ecclesiæ dedit Christus, & falcè
in alienam messem misisse iudicauit: Ideoq;
de tam enormi delicto, deque persecutione
in pastorem defunctum exercita monendum
eum omnino censuit & corripendum. Idem
sentiebāt & reliqui gregales eius, Morlinus,
Musæus, & alij, qui Flacij ductum seque-
bantur. Igitur compellarunt principem,
hortatiq; sunt, vt agnosceret delictum,
quod in pastorem Ienensem admisisset, atq;
I. Winterus ab officio Superintē-
dentia re-
mouetur.
Flacius ir-
ritatur in
Principē.
Compellat
Principem
de violato
iure cla-
uium.
dd 2 idip-

ANNO
1560.

Hortatur
ad pœni-
tentiam.

Princeps
offensus
formam
nouam
hierarchici
regiminis
cudit.

Flacius eâ
recusat.

Principis
edictum
de licentia
librorum
edendorû.

Contem-
nitur à Fla-
cio sub præ-
textu liber-

idipsum per pœnitentiam expiaret; Im-
posterum verò se cohiberet ab vsurpando iure
clauu, quas Christus non politico magistra-
tui, sed Ecclesiæ ministris aut dispensatoribus
domus suæ credidisset. Quod si quenquam
abuti putaret potestate clauium, conuocaret
synodum, & causam legitimo iudicio per
concionatores discuti pateretur ac dijudica-
ri. Ageret igitur maturè pœnitentiam; ne si
profundius ruat, iusto Dei iudicio tristibus
pœnis obruatur. Hæc illi.

Princeps verò, qui curam rerum ecclesia-
sticarum ad se pertinere putabat, adeo non
cessit, vt continuo per aulicos quandam ec-
clesiastici regiminis & iudicij formam de-
scribi mandaret, quam & typis expressam
publicum emisit, vtq; eam probarent, à Fla-
cio socijsq; postulauit. Hi rationibus in me-
dium adductis respondent, impediri se per
consciētiam, quo minus hanc ordinationem
probent recipiantque. Princeps licet hoc fa-
cto grauitè offenderetur, dissimulauit ta-
men iracundiam: Et quia per id tempus Fla-
cius socijque illius in quosuis libere deba-
chabantur, paulò post ad cohibendam illo-
rum licentiam mandatum fuit, ne quid dein-
ceps typis expressum in vulgus emitteretur,
nisi principis ipsius vel consiliariorû iudicio
probatû: Qua in re Flacius & socij, quo mi-
nus mandato principis obsequerentur, con-
scientiam causabantur adductis scripturæ te-
stimonijs, quibus asserebant sese prohiberi:

Con-

conscientiam & fidei professionem oportere esse liberrimam; nec ad hominum, sed solius Dei præscriptum moderandam: Imò non recusandum vitæ periculum, si quis testimonium, quod de veritate mendacioque perhibendum sit, impedire conetur.

ANNO 1560. tatis conscientia.

Creuit ex hac responsione principis indignatio; cuius animum accendit, & aliud quiddam quod ab ipso Flacius socijque postularunt. Diximus supra, cum abrumperetur Vinariensis disputatio, spem Flacio cæterisq; factam de eadem resumenda cogendaque Synodo, per quam controuersia deciderentur. Quia verò Strigelium videbant à principe restitutum, quod ipsis præter opinionem accidit; de disputatione verò instauranda, deque cogenda synodo ne cogitari quidem; atq; interea principis animum non alienari tantum indies, sed & facibus admotis in odium sui accendi; prætereà hoc agi per Cancellarium, vt acta Colloquij Vinariensis obliuione in perpetuum sepulta lucem numquam aspicerent, habito consilio principem interpellarunt, vt protocol- lum disputationis in publicum referri mandaret, protestati, nisi id fieret autoritate principis, sese hoc ipsum diuulgaturos. Ea verò audacia paulo altius in principis animu penetravit, cum Flacianos hoc agere videret, vt sub clauium ecclesiasticarum larua cõstituerent dominatum quendam, & principem nõ minus aulamque, quam populũ sub iugũ

Princeps exacerbatur in Flacium.

Causæ odij.

Flaciani petunt disputationem in vulgus emitti.



ANNO
1560.
Flacius su-
spectus de
tyrannide.

Scribit ad
Stoffeliū.

Conqueri-
tur de vio-
lato iure
clauium.

De pericu-
lo Eccle-
siæ.

Petit, vt
Principem
ad pœnitē-
tiam com-
pellat.

mitterent: Ob quam machinationem aduer-
sarij Flacium dicebant tyrannidē meditari,
vel similem pōtificiæ, vel ea intolerabiliorē.
Itaq; frenandos eos princeps cēsuit, & in or-
dinem redigēdos; ne si pro arbitrato tumul-
tuari liceat istis, grauiora quædam incom-
moda ex eorum conatibus emergant.

Non latebat Flacium eiusque socios prin-
cipis consilium: Igitur cum aulæ se parum
gratos esse viderent, Ioannem Stoffelium,
hominem sibi addictissimum, vti putabant,
qui Ienæ superintendens erat, datis ad eum
litteris valde prolixis, de communi concio-
natorum & ministerij periculo monuerunt:
principem & consiliarios inuadere ius clau-
ium, adeo sæuitiam exercere in pastores,
& Ecclesiæ regendæ potestatem vsurpatio-
ne quadam sibi vindicare, contra quam sit à
Christo domino constitutum. Ex qua ma-
chinatione nihil aliud, quam euangelici mi-
nisterij oppressio sit expectanda. Se quidem
monuisse principem, vt desisteret talia ma-
chinari, & clauis Ecclesiæ in eorum mani-
bus relinqueret, quibus eas dedisset Chri-
stus: Verum surdo cecinisse fabulam. Quia
vero ipse nunc accessum habeat ad Princi-
pem, hortari se, vt eum officij sui admo-
neat, imò ad pœnitentiam reuocet, ne, ius
alienum vsurpando, iram adeoque vindi-
ctam Dei grauisimam in se prouocet. Hæc
illi pluribus ad Stoffelium, idque bona fide
velut ad amicum intimum; quem idem per
omnia

omnia secum sentire arbitrabantur.

At Stoffelius vel à Strigelio persuasus, vel sponte sua pridem à Flacianis animum auerterat, licet id publicè dissimularet. Hanc verò nactus occasionem prodidit secretum mentis, & Flacij sociorumque litteras ad Pontanum Cancellarium detulit, hostem Flaciani nominis acerbissimum, seque deinceps palam ijs coniunxit, qui factionem istam turbulentorum hominum frenatam arctius, imò oppressam cupiebant. Vidit Pontanus, epistola perlecta, quorsum Flacij machinationes atque consilia spectarent: Itaque Principi suasit; ut eum, cæterosque ipsius contubernales de statione submotos exauctoraret factum id est anno 1561. exeunte: Quamquam nec ignominia notati fuerunt, nec è ditione principum istorum eiectioni, sed loco moti tantum; quod Princeps eos, ubi iam exauctorati forent, sponte sua de discessu cogitatuos nihil dubitaret. Qua in re falsus non est: Flacius enim, qui caput erat factionis & ductor, paulò post è Thuringia discessit, Ratisbonam profectus, ubi quinquennium integrum hæsit.

Musæus verò Flacij sodalis intimus, cum tempestatem præsentisceret, anteuertendum putauit principem, & Iena clam profectus aliud sibi domicilium quæsiuit. Vbi redijt in Thuringiam, initio Septembris oblato libello supplice missioné petijt,

dd 4 quam

ANNO

1560.

II.

Stoffelius
infensus
Flacio.

Litteras
Flacij ad
Pontanum
defert.

Ann. 1561.
Flaciani
exauctorā-
tur.

Flacius
Ratisbonā
pergit.

Musæus clā
Iena disce-
dit.

ANNO
1561.

Petit à
Principe
missionē.

Responsio
Principis.

Bremæ fit
superintē-
dens.

Disputatio
Vinariēsis
typis man-
datur.

quam non difficulter obtinuit. Respōsum est ad supplicationem eius breui scripto, cuius hæcerat sententia: Quia Musæus sine scitu principis Ienâ clam profectus aliâ conditionem quæsiuerit, atq; ita seipsum exauctoravit statione relicta, ad quâ pridem vocatus fuerat, non impediturum principem, quo minus discedat arbitrato suo, alioq; sedem trāferat. Imò gratum esse principi, quod id faciat, migretque sponte sua; cū alioqui loco mouendus fuerit, & dimittendus. Interim optare principē, vt alibi Musæus ecclesiastæ munus maiore cum fructu exequatur, quam ijs in locis fecerit. Ita dimissus ad decimum Sept. an. 1561. paulò post Bremam se contulit, & factus est ciuitatis illius superintendens, vt loquuntur.

Asportauit verò secum, cū discederet, historiam disputationis, quam inter Flacium & Strigelium habitam fuisse diximus, ex ore disputantium conscriptam ab ijs, qui præsentibus in actione fuerant. Cū enim publica esset ista disputatio, de qua priusquam institueretur, diu atq; operosè deliberatū fuit, factū est, vt concionatores nō modo, sed & aulici, ciues, imò studiosi quoq; V Vittēberga, Lipsia, Iena, magno numero Vinariâ conuolarent. Itaq; notata fuerunt omnia diligenter non ab ijs modo, quorū scripta princeps ad se recepit, sed ab alijs etiam, vt fieri consueuit. Cū igitur Flaciani frustra principē de edendo protocollo interpellassent, ipsi post dis-

discessum è Thuringia anno proximo, qui ANNO
1562. fuit, disputationem hanc publicarunt: 1561.
quam Musæus, addita præfatione, Ioanni Anno 1562.
Friderico III. dedicauit, fratri principis il- 1563. 1564.
lius, qui Flacio, Musæo, alijsque factionis 1565.
eiusdem ministerium abrogarat. Friderico
III. dedica-

Sed ad Flacium ipsum reuertamur; cuius
actiones in Thuringia duplicem inter Lu-
theranos distractionem peperisse videntur. Duplex di-
Prior est in Substantiarior & Accidentarios; stractio
quibus nominibus seipsum postmodum ap- Flacij & so-
pellarunt, vti iam ante diximus; quod hi ciorum.
peccatum originis accidens nõ substantiam; I.
illi substantiam non accidens esse dicerent: In Substãt.
dentarios.

qua de re atrox inter vtrosque certamen an-
nis sequentibus exarsit. Altera distractio 2.
nata est ex controuersia de potestate clauium, De iure
vel de vniuerso ecclesiæ regimine. Eam ve- clauium.

rò controuersiam, vti iam ante diximus, Fla-
cius eiusque socij mouerunt, qui sub nomine
clauium integrum ecclesiæ moderandæ ius
solis cõcionatoribus excluso magistratu po-
litico vindicabant. His obistebant politici,
Princeps nimirum & Consiliarij, qui curam
autoritatemque ecclesiastici regiminis iure
magistratus ad se rapiebant, vel quemadmo-
dum Musæus loquitur, à suis Gnathonibus &

Balaamis incitati ecclesiam & religionē pro
arbitrio administrare, & vtrūq; gladium pa-
paliter gestare conabantur: cuiusmodi pro-
phana hierarchia per Henricū VIII. Angliæ
Regē constituta fuit, cū ab Ecclesia Romana
deficeret.

dd 5

Atq;

ANNO

1565.

Flacius
quare Prin-
cipibus in-
uisus.Principes
ius clauū
vsurpant.Refracta-
rios loco
mouent.Dicterium
Luthera-
norum in
Flacianos.Heshufius
quare sedi-
tiosus.

Atque hæc controuersia Flacium, per
quæ potissimum excitata fuit, non huic prin-
cipi modo, sed & aliis magistratibus vehe-
menter reddidit inuisum. Serpebat enim
longius hoc malum, vtrisque pro iure suo
dimicantibus: Nec dubium est, quin gra-
uius incruduisset hæc concertatio, si ea con-
cionatorū esset, quæ politici magistratus, po-
tentia. Nunc cum reges, principes, magistra-
tus vrbiū pedum pastorale cū sceptro poli-
tico coniungunt, ecclesiæq; gubernandæ ius
vsurpant, concionatores, si reclamant, detur-
bantur de cathedra, & loco moti solum ver-
tere iubentur: Quemadmodū Flacio, Hesh-
husio, Musæo, cæterisque turbas hanc ob cau-
sam mouentibus accidisse constat. Sic igitur
secta magistratus politici clauium ius viur-
pantis aduersarios concionatores, si pro iure
suo vel mutire ausint, sceptri potentia suba-
ctos vel comprimit, vel recalcitrantes sedib.
suis exturbat, veluti rebelles ac seditiosos;
quorum ambitione turbari dicunt quietem
publicā, & motus in populo concitari. Vnde
natū est in turbatores istos tritum inter Lu-
theranos dicterium, eos alterum in cathedra
pedē habere, alterum in curia. Quā ob cau-
sam Tilemannus Heshhusius inter Flacianos
non infimi subsellij vir, non semel loco de-
turbatus fuit, & in exilium missus: de quo
spargi distichon illud per Saxoniam memini:
*Queritur Heshufius sexta cur pulsus ab vrbe?
In promptu causa est, seditiosus erat.*

Sedi-

Seditiosus nimirū erat cum ecclesię moderandæ ius magistratui politico abrogaret.

Ceterum Flacius, cum è Thuringia discedendum esset, Ratisbonam, quam alio sedem transferre maluit; quod Nicolaus Gallus istic Superintendentem ageret, amicus ipsius intimus, adeoq; deuotum mancipium, qui cum V Vittenbergæ primū, post & Magdeburgi coniunctissimè vixerat. Quanquā vero functionem docendi publicam Ratisbonæ non habuit; mansit tamen in ea ciuitate vsque ad annum 1566. atque interim multos libros scripsit, polemicos ferè omnes. Erat enim inter aduersarios velut Ismaël quidam, qui cum contra omnes insurgeret, ab omnibus vicissim hostiliter fuit impetitus. Senatus verò Galli iudicium secutus nō modo fouit Flacium è Thuringia profugū, sed & beneuolentiam illi summā exhibuit; imò ex inopia illius aliquādo nō nihil subleuauit.

Demum anno 1566. cum per Belgium funeste Sectariorum machinationes in apertam seditionem erumperent, & diuersa factiones certatim insanirent, Antverpienses Lutherani quosdam è Germania censuerunt euocandos, qui nouellam ecclesiam, quam isthic moliebantur, ad formam Augustanæ cōfessionis instituerent. Inter eos primi nominis erat Matthias Flacius, & Cyriacus Spangenbergius, fidissimus illius Achates in certamine de peccato originis, de quo nobis infra suo loco plura dicendum erit. Per

hanc

ANNO
1565.

Flacius Ratisbonam venit, ibiq; benignè tractatur. Nicolaus Gallus amicus Flacij.

Flacius cōparatur Ismaëli.

A Senatu humaniter habetur.

III.

Lutherani Antverpiam euocantur.

Flacius & Spangenbergius primipilarum Lutheranorum.

ANNO
1566.

A Senatu
diploma
accipit.

Antwer-
piam venit.

Senatus ci-
uium Lu-
theranorū
Antwerpię

Confessio
Augustana,
Antwerpię
recuditur.

Belgicę
transfor-
matur.

hanc igitur occasionem Flacius Ratisbona discessit, accepto prius à Senatu diplomate, quod luculentum de moribus ipsius & vita testimonium continebat.

Venit autē Antverpiam mense Nouembri; quo eodē tempore præter Spangenbergium, quem diximus, & quatuor alij concionatores de Lutheranorum grege, velut ad opimæ prædæ nidorem vultures istuc conuolarunt. Erant in ea ciuitate duodecim constituti seniores ex eorum ciuium nume-

ro, qui Lutheri dogmata sub Augustanæ confessionis nomine profitebantur. Hi Synedrion quoddam vel senatum ecclesiasticum constituebant, cui Flacius fuit adiunctus, ut in negociis ad religionem pertinentibus Consiliarij munus obiret, & jaciendis ecclesiæ Lutheranæ fundamentis operâ præstaret; scilicet, ut nouum hoc ædificium ad instar Augustanæ confessionis erigeretur.

Quam ad rem necessarium iudicabant, ut fidei suæ confessionem ad Augustanæ confessionis instar conscriptam in vulgus emitterent; quod ipsum iam ante fecerant Calvinistæ. Scripserunt hanc Lutheranæ fidei confessionem Flacius & Spangenbergius, quam latinè non modo, sed & versam ab aliis belgicè publicarunt.

Accidit in hac publica rerum perturbatione, dum sub euangelij nomine fœdum quoddam erumperet variarum hæreson chaos, ut sectarij non modo cum Catholicis, sed

sed & inter se Lutherani, Calvinistæ, Ana- ANNŌ
baptistæ de fidei capitibus digladiarentur: 1566.

Atque ea concertatio varias quæstiones pe- Sectarum
perit, quas Lutherani ad Flacium, velut ex- concursus
ercitatum in ea palæstra Theologum retu- & digla-
lerunt; qui consultus de rebus ecclesiasticis diatio.
ex fidei dogmatibus controuersis contra Ca- Flacius
tholicos, Sacramentarios, & Anabaptistas præses se-
ctariorum.

velut ex tripode responsa dabat. Is honor
suauiter titillabat Flacium; cui delitiæ Bel-
gica, sicut & cæteris admodum placuerunt:
cumq; inuitaretur ab Antvverpiensibus Lu-
theranis, vt in ea ciuitate figeret domiciliū,
seque ecclesiæ Lutheranae ad ministerium
obstringeret, lubens acquieuit. Rebus igi- In Germa-
tur inter Lutheranos vtcunque constitutis, niam re-
vt temporum istorum conditio ferebat, Fla- uertitur,
cius in Germaniam reuersus est, familiam translatu-
in Belgium translaturus. rus fami-
liam in Bel-
gium.

Interea verò, dum in Germania moratur, rebus
suis ad migrandum componendis oc-
cupatus, magna status publici mutatio per
Belgium facta est. Nam & turbulenta se- In Belgio
ctariorum machinationes passim repressa noua mu-
tatio.
fuerunt, & concionatores exteri, quos Ant-
vverpienses euocarant, Calvinistæ simul &
Lutherani discedere coacti, & omnia magi-
stratus autoritate in statum pristinum resti-
tuta: quod cum Flacius intelligeret, mutan- Flacius de
dum fuit profectionis consilium. Venerat ea certior
iam familia Francofurtum vsque, vbi cer- factus Frā-
tior factus de rebus Belgicis, substitit cum cofurti se-
dem figere
suis, cogitat.

ANNO
1566.

A Senatu
modestè
repellitur.

Causa, cur
Flacius in-
uisus Fran-
cofurtens-
sibus.

A Senatu
honoratur
diplomate.

fuis, eoq; loco sedem figere decreuit. At Senatus Francofurtensis Flacium de periculo per suos monuit, in quo futurus esset, si Francofurti domicilium collocaret. Qui potentes habeant aduersarios, eos, aiunt, ex vrbe sua subinde abripi captiuos indicta causâ, nec se tueri posse Flacium, si quis potentior illi manum iniiciat: cuiusmodi casus aut infortunium si forsan illi obueniret, id se quidem dolenter laturos; sed quin fieret, impedire non posse.

Hæc Francofurtenses: quorum rationibus permotus fuit Flacius, vt alio sponte sua migraret. Non putarunt permittendum viri prudentes, vt intra mœnia sua nidificaret homo turbulentus, quem alibi sub nomine clauium & iuris ecclesiastici contra politicum magistratum insurrexisse nouerant: quo nomine multorû odia sustinebat; principum imprimis & magistratum, quibus persuasum erat, non alio spectare disputationes istas de iure clauium, quam vt tyrannidem moliretur, atque ipse ceu nouus quidam pontifex inter Lutheranos in Reges, in Principes, omnesque magistratus dominium exerceret. Itaque Francofurtenses, ne quid huius & isthic machinaretur, hominem ciuilitè ab se dimittendum censuerunt, propositis honesta oratione periculis, quæ forsan, si domicilium isthic figeret, ab aduersariis potentioribus imminerent. Discessit igitur Francofurto, cum aliquandiu isthic mora-

moratus esset. Ne quis vero hanc rem in ANNO
 probrum verteret, petiit à Senatu, nec diffi- 1566.
 culter obtinuit, documentum publicum,
 quo sese, vbi postularet vsus, aduersus ob-
 trectatorum calumnias tueretur. Tandem Argento-
 Argenteratum venit; quæ ciuitas per Io- raturum abi-
 annem Marbachium Lutheranae sectæ Theo- turit.
 logum Lutheranismò restituta fuit, cum an-
 tea multis annis Zvvinglij partibus adhæ-
 sisset.

Per hoc tempus Flacius dogma suum de Dogma
 peccato originis è scetidis Manichæorum la- Flacij de
 cunis hauitum, profiteri cœpit, editis etiam peccato o-
 ea de re scriptis publicis, in quibus, quod riginis pù-
 obiter per occasionem asseruerat in disputa- blicatur.
 tione Vinariensi, multis rationibus in me-
 dium adductis, longoque verborum ambitu
 tueri conatus est. Summa dogmatis erat: Summa
 Peccatum originis non accidens aliquod es- dogmatis.
 se, sed ipsum hominis naturam atq; substan-
 tiam: Imaginem Dei in homine, quæ de sub-
 stantia illius fuerit, amissam penitus, destru-
 ctam, adeoque in imaginem ipsius Sathanæ
 transformata: Totum illud, quod ex A-
 damo propagatur, vel quod nascitur ex car-
 ne, secundum corpus & animam, vel secun-
 dum substantiam suam peccatum esse; eoque
 fieri, vt diabolus hominem, velut mancipi-
 um suum, in omnibus gubernet & modere-
 tur; qua in re quandam non Dei, sed diabo-
 li, qui substantiam hominis in peccatum
 transformarit, coactionem agnosci.

Hæc

ANNO

1566.

Monetur à
suis de fal-
sitate do-
gmatis.Iubetur re-
sipiscere.Flaci^o per-
tinax in er-
rore.Flaciana
factio rur-
sus abit in
sectas.Conatus
rigidorum
Luth. in
hoc errore

Hæc cum in publicum referret, monitus principio fuit per socios quosdam ex intimis, à quorum numero VVigandus & Helsius præcipui fuerunt, vt desisteret ab infami propagando dogmate, quod constaret non haustum è limpidis scripturæ fontibus, sed è Manichæorum fœtida sentina derivatum. Rediret igitur in viam, & mature resipisceret; futurum alioquin, vt omnè scriptis prioribus auctoritatem detraheret, seque ipsum ab Ecclesia Lutherana daret præcipitem, insigni multorum cum ruina. Ille, contemptis suorum admonitionibus, non desisit ab instituto, nec retinuit modo scædum illud Manichæorum delirium, quod mordicus apprehenderat, sed & summo cum ardore hoc ipsum, velut euangelicæ veritatis nucleum propagare conatus est. Ita factum est, vt Flaciana factio, quæ cæteris Lutheranis ob incrementum sui formidabilis esse cœperat, in duas sectas turpiter dissiliret: de qua diuisione eiusque progressu si pauca quædam hoc loco inseramus, non erit, opinor alienum ab instituto: Flacij vitam & res gestas scribimus, quem nouus hic substantiarij monstri fœtus parentem agnoscit; vel ipsis Lutheranis testantibus, qui Lutheri nomen infami macula tam portentoli dogmatis aspergi non patiuntur.

Postquam Flacius à Belgio reuersus est, prudentiores quidam è rigidis Lutheranis multum laborarunt, vt extinguerent hæreseos

feos fomitem, priusquã scintillans malum in ANNO
 publicum incendium erun peret. Verum 1566.
 id frustra fuit : Ea nimirum erat hominis restrin-
 obstinatio, vt nemini cederet. , Qua in re, vt guendo.
 in multis alijs, Luthero fuit quã humilissimus ;
 de cuius spiritu Flacius & Ambsdorffius præ Flacius ne-
 cæteris vberius hautisse dicebantur. Adiun- mini cedit.
 xerunt se Flacio in hac diuisione conciona-
 tores quidam inter Lutheranos præcipui, Si- Eius affe-
 mon Musæus ille, quem Vinarix afsisten- clæ Substã-
 tem habuerat contra Strigelium, Nicolaus tiarij.
 Callus, Cyriacus Spangenbergius, Erasmus
 Alberus, Christophorus Irenæus, Iosua O-
 pitius, qui postea Ratisbonæ & Viennæ tur-
 bas dedit, omnes scriptis editis per Germa-
 niam celebrati, alijq; obscuriores multi, qui
 passim causam ipsius tuebantur.

Contra hos in alteram partem secesse- Aduersarij
 runt Ioannes Wigandus, Tilemannus Hefs- Acciden-
 husius, Iacobus Andreas, Ioachimus Mörli- tarij.
 nus, Martinus Kemnitius, Dauid Chytræus,
 Nicolaus Selneccerus, Daniel Hoffmannus,
 alijque permulti, qui & ipsi libris editis no-
 men inter Lutheranos & famam erant con-
 secuti. Hi Flacium eiusque socios, vti su-
 pra diximus, Substantiarios vocabant: Il-
 li vicissim aduersariis Accidentariorum no-
 men per contumeliam imposuerunt. Inter
 hos iuratos pridem fratres, dum Melanch-
 thonem, Interimistas, Adiaphoristas exa-
 gitabant, certamen exortum est atrox, vio-
 lentum ac diuturnum, ex quo Catholici
 ee non

ANNO
1566.
Vertiginis
spiritus in-
ter Flacia-
nos.

Vtriq; cō-
fugiunt ad
Biblia, Lu-
theri scri-
pta, conf.
Aug. &c.

Crimina-
tiones se-
ctariorum.

non modo, sed & cæteri Lutherani & Cal-
uinistæ iudicium fecerunt, vertiginis spiri-
tum inter Flacianos potenter operari. Vtri-
que verò ad astruendam, quam tuebantur
opinionem testimonia scripturæ produce-
bant magno numero: quin & vtrique ad Lu-
theri scripta, ad confessionem Augustanam,
ad Smalcaldicos articulos, quæ Lutheranorū
sunt, ad dirimendas fidei controuersias xpi-
typta vel Normæ, magnis clamoribus prouo-
cabant; fuitq; non minus acriter de Luthe-
ri, deq; confessionis Augustanæ, quam sacra-
rum litterarum sententia dimicatum, alijs a-
lios accusantibus, quod nec mentem scriptu-
ræ, nec Lutheri verborum intelligentiam,
nec sensum Augustanæ confessionis articu-
lorumq; Smalca'dicorum assequerentur.
Qua de re dum Andabatarum more dimi-
cant, fœdum Germaniæ spectaculum præ-
buerunt. Substantiarij certe multa cumu-
larunt Lutheri testimonia, quæ prorsus ean-
dem ipsorum Lutheriq; sententiam fuisse
testantur. Ea vero Accidentarij adhibitis
interpretationibus vicissim eludebant; quæ
ob causam per Flacianos defectionis à Lu-
theranismo puriore, imo ab euangelio publi-
cè fuerunt accusati: eoque ventum est in hac
pugna, vt V Vigandus, Heshubius, cæteri-
q; Accidētis patroni, Flaciū eiusq; socios Sub-
stantiarios Manichæos; hiq; vicissim illos
Manichæos simul & Pelagianos nominarent.
Interim vtrique criminationem hanc in al-
teru-

terutrum, vel obiectā hereseos infamiam solidis à se rationibus probatam gloriabantur. ANNO 1566.

Scriptit in hoc argumento multa Cyriacus Spangenbergius, hostis Accidentariorum, & Flacij propugnator acerrimus, qui magno studio, quicquid haberi potuit, ad tuendam Substantiariorum causam præsidij conquisiuit. Inter cætera librum edidit in Gallum quendam Steiningerum, Accidentariæ factionis predicantem, scriptum sub Antigalli titulo; in quo sub finem se trecentas ferè appellationes originalis peccati è sacris litteris produxisse gloriatur, inter quas ne vnā quidem ait inueniri, quæ peccatum aliud, quam ipsam hominis substantiam dici patiatur. Inseruerat scripto suo Gallus quadraginta octo scripturæ, & plurima Lutheri testimonia, quibus peccatum originis nō substantiam hominis, sed accidens quoddam inhærens esse demonstrauerat: quæ Spangenbergius omnia retorquet in aduersarium, eaque non misero Accidenti, vti loquitur, sed quam ipse tuebatur Substantiæ patrocinari contendit.

Obiecerat Gallus Substantiariis discordiam, quod ab aduersariis nō tantū, sed inter se quoq; dissiderent. Ipse contra demonstrat Accidentarios discrepare sententiis, dumq; explicant, quid sit peccatum originis, manipulatim in diuersum abire. Quosdam docere peccatum originis ab hominis essentia distinctum, esse naturam quandam & sub-

Spangenbergij scripta in Accidentarios.

Liber eiusdē in Gallum quendam.

Accidentariorum discordiam enarrat.

Spang. in Antig. M. iij. a.

I.

ANNO
1566.

2.

3.

4.

1.

2.

Papistis as-
similat.*In Antig.
E. ij. a. &
passim.*Accidenta-
riorum re-
torsio in
Substantia-
rios.

stantiam inhærentem substantiæ nostræ. A-
lios vocare quidem accidens peccatum ori-
ginis; at huiusmodi quiddam tamen, quod
vitam suam habeat, operandique vim ad
corrumpendam substantiam, hominemque
moderandum. Inueniri præterea, qui di-
cant, esse peccatum accidens ad eum modum
inhærens, vt à subiecto nequeat separari: De-
mum & quosdam esse, qui peccatum pro ac-
cidente separabili habendum asserant. Hos
verò postremos, ait, inter se non conuenire:
quosdam enim cogitatione tantum vel ima-
ginatione; alios vero re ipsa, vel actu sepa-
randum docere. Ita fieri, vt Accidentario-
rum turma in quatuor aut quinque manipu-
los diuisa videatur.

Hæc Spangenbergius de Accidentariis;
quibus & illud velut in contumeliam obji-
cit, quod de hoc doctrinæ capite prorsus idē
doceant cum papistis; quod cum ipsi Mani-
chæorum deliriis sint dementati, doctores
probos veritatis & purioris doctrinæ vindic-
ces (Flacium & Substantiariorum) eiusdem hæ-
reseos, grauissimorum errorum contra con-
scientiam insimulent; quod, dum mise-
rum diabolum, Accidens, contra Lutherum
& puriores doctores tanto studio tueantur,
in varias absurditates incurrant; imo quod
Christo Domino Mediatoris officium, &
summi sacerdotij dignitatem abrogent. Hæc
& id genus alia multa Substantiariorum de An-
tagonistis: qui vicissim illos in scriptis pu-
blicis,

blicis, in concionibus acerbè sunt & petu-
lanter infectati. Nam & doctrinam de pec-
cato originis, quam tradebant isti, prophe-
tici, apostolicisque scripturis, Augustanæ
confessioni, catechismo, cæterisque scriptis
Lutheri, tum Smalcaldicis articulis penitus
aduersari, imo portentosum, falsum, bla-
spheum, noxium ac diabolicum esse do-
gma clamitabant; nec aliud nunc docere
Substantiariorum, quam quod olim ante mille
ducentos annos Ecclesia in Manichæis ana-
themate notârit.

Erant Accidentarij numero superiores,
atque hoc laborabant imprimis, vt & Aca-
demias sibi adiungerent, & Principum ani-
mos occuparent: quod illis non admodum
difficile fuit, cum principes & magistratus
urbium plerique à Flacio sponte sua propter
feditiosas ipsius machinationes essent alieni.
Hos igitur ardentis fatis incendebant Acci-
dentarij, suadebantque, vt Flacianos gladio
compescerent, vel loco submotos eijcerent
in exilium, nec eos vllibi terrarum figere se-
dem, vel consistere paterentur. Quod confi-
lium sequentibus annis secuti Comites Mans-
feldenses Spangenbergium cum sociis; Ra-
tisbonenses Opitium, alij alios de cathedra
deturbatos in exilium pepulerunt. Aiunt
quosdam ex aduersariis Flacij vehementio-
ribus, zelo quodam accensos in concionibus
ad populum proclamasse, se breui quosdam
è Substantiariis bene sanos & incolumes ad

ANNO
1566.

*In Censur.
Theolog. c.
1. 2.
Errores
Substan-
tiorum.*

Principes
fautores
Acciden-
tiorum.

Accendun-
tur in Sub-
stantiariorum.

Substantia-
rij mouen-
tur.

*In libello
germ. Sum-
ma doctrin-
de pec. orig-
k. 3.*

Vehemens
concio in
Substan-
tiorum.

ANNO
1566.

sepulcrum deducturos: quo loquendi genere sepulcri loco patibulum illis destinabant.

Atque hoc tam virulentum certamen per Flacium anno 1560. in disputatione Vini-
mouer fla- riensi primum excitatum fuit, ab eoq; tem-
bella do- pore ad septennium & amplius in fomite
gmati suo. scintillauit, donec tandem eodem Flacio fla-
bellum admouente in publicam flammam

Eius man-
cipium Cy-
riacus Spa-
ngenbergius

exarsit. Quanquam verò laboratum fuit à quibusdam pacis amantibus, vt animi dissi-
dentium rursus coalescerent; eumque in fi-
nem conuentus habiti sunt, & instituta col-
loquia; frustra tamen conatus isti fuerunt,
animis ira odioq; nimium æstuantibus: im-
primis Flacij magno zelo causam tuebatur
Cyriacus Spangenbergius, qui Mansfeldiæ
sub initium moti certaminis concionatoris
munereungebatur.

Eius pater
Ioannes
Spangemb.
autor po-
stillarum.

Erat is Cyriacus Ioannis Spangenbergij
Filius, monachi ex Augustiniana familia
profugi, cuius nomen ob scripta quædã edi-
ta, postillas imprimis, quas vocât, inter Lu-
theranos celebratũ est. Hic Cyriacum hunc
reliquit, natum ex matrimonio, quale inter
monachum apostatam & fœminam esse po-
test; hominem turbulentum, fastu turgi-
dum, & si barbam spectes, autoritate præ-
ditum non vulgari, qui cum Lutherum, vt
germaniæ prophetam, adeoq; velut tertium
eundemq; vltimum Eliam coleret, quicquid
ab eo profectum fuit, vtcunque sordidum
esset & immundum, ceu propheticum, apo-
stoli-

Cyriaci ha-
bitus &
mores.

stolicum, vel è tripode proditum oraculum ANNO
 venerabatur. Huic igitur, cum in comitatu 1571.
 Mansfeldensi Flacium, eiusq; de peccato o- Ipsi^{us} An-
 riginis Manichæum delirium tueretur, Hie- tagonista
 ronymus Mencilius superintendens sese ar- Mencilius.
 denter obiecit, qui cum maxima parte con-
 cionatorum Accidentarijs adhærebat.

CAPVT V.

- I. Flacij Manichæismus Iena; vnde Vinariense colloquium cū Mansfeldensibus inter Substantiarios & Accidentarios.
- II. Controuersia & sententiarum inter partes collatio & examen.
- III. Magdeburgens. & Grubenhagiorum decisio Flacium cum suis condemnantium.
- IV. Accidentariorum de Substantiarijs vbique fortunam aduersam sustinentibus triumpho, odia, scripta, quibus & epitheta & titulos Flacij, eiusq; conscientia specimen, fructus doctrina ex eaq; ortas dissensiones exprimunt.
- V. Flacij peste correpti mors omnium infelicissima.

I AM & in Thuringia de hoc dogmate non- I.
 nihil turbarū fuit; Ienæ cum primis, vnde Ienæ Mani-
 Flacius anno 1562. discesserat, relicto post se chæismus
 Manichæismi semine; quod sequentibus an- repullulat.
 nis, maximè sub annum 1571. paulo liberius
 pullulauit. Moderabatur tū prouinciam illā,
 ec 4 quā

ANNO
1571.
Ioannes
Fridericus
ab Augusto
capitur.

Viennæ
in carcere
moritur.

Anno 1571.
Colloquiū
Vinariense

Mansfel-
denses Vi-
nariam in-
uitantur.

quà ducibus Saxonie subest, Guilielmus Ioannis Friderici frater, illius, inquam, qui Flacium aliosque tribunitios concionatores ante paucos annos ab Ecclesiastico ministerio remouerat. Is enim Princeps, cum quosdam ab Imperio proscriptos in arce Gothana foueret, anno 1567. per Augustum Electorem Saxonem obsessus, castroque in potestatem redacto captus fuerat, & Viennam missus ad Cæsarem, vbi vitam in carcere finiuit. Huius loco Ioannes Gulielmus quem diximus, filius Ioannis Friderici Electoris secundo genitus rebus communibus præerat; qui ut Flacianum hoc incendium restingueret, colloquium inter concionatores vtriusque partis præcipuos instituendum censuit.

Igitur anno 1571. mense Iulio Theologos suos, VVigandum, aliosque ex Academia Ienensi Vinariam accerliuit. Eodem per litteras inuitauit & Volratum Mansfeldensem Comitem, hortatus ut superintendentem Mencilium & Spangenbergium secum adduceret. Erant hi duo factionum duces, vti diximus, in Comitatu Mansfeldico; hic Substantiariorum, ille vero Accidentariorum acerrimus propugnator. Voluit itaque princeps, ut hi cum suis Ienentibus de controuersia hac colloquerentur: cui colloquio ipse cum Volrato Comite, aliisque nonnullis interesse decreuerat, facturus periculum, an ad concordiam distractos redigere posset.

Venit

Venit cum suis Vinariam Volratus, cum- ANNO
 que princeps indicto conuentu causas expo- 1571.
 neret, cur Mencilium superintendentem & Causæ cō-
 Spangenbergium euocarit, nimirum vt cum uentus a
 Theologis Ienensibus de controuersia quæ Principe
 de peccato originis in ijs regionibus exarse- proponun-
 rat, placide conferrent; Mansfeldici diffici- tur.
 les sese præbuerunt, causati non esse sibi in- Mansfel-
 tegrum, vt nec ante moniti, & prorsus im- densium
 parati, re cum socijs non prius communicata, replica.
 de negotio tam arduo cum Ienensibus in col-
 loquium descenderent. Quanquam verò vr-
 gerentur à Ienensibus, & instanter quidem,
 perstiterunt tamen in proposito, nec induci
 potuerunt vllis rationibus, vt ad principis se
 voluntatem adiungerent.

Tandem huc descensum fuit, vt V Vigan-
 dus Accidentaliorum sententiam, quam cō- Acciden-
 tra Flacium eiusq; socios tuebatur, vnà cum tiorum
 argumentis præcipuis scripto comprehensam sententia
 offerret Principi; qui deinde scriptum illud offertur
 ad Mansfeldicos ministros examinandum principi.
 mitteret, nimirum vt notationibus additis Ministris
 corrigerent, si quid in eo deprehenderent Mansfel-
 dignum censura, suumq; iudicium de vni- densibus
 uersa hac causa perscriberent. Atque ita tum examinan-
 quidem discessum fuit. da tradi-
 tur.

Erat iam sparsus in publicum de hoc ar- Flacianorū
 gumento V Vigiadi tractatus quidam, quem iudiciū de
 Princeps paulo post Mansfeldicis conciona- Wigandi
 toribus transmisit, additis litteris, quibus de sententia.
 hac cōtrouersia iudicium ipsorum exquiri-

ANNO
1571.

Acciden-
tiorum
de ea opi-
nio.

II.

Ad ipsam
cōtrouer-
siam desce-
ditur.

Sectariorū
sententiæ.

Mencelius superintendēs, ad cuius officium ea res pertinebat, VVigandi scriptum concionatorib. per ciuitates omnes & Satrapias misit, vnaque monuit, vt singuli hoc ipsum legerent, expenderent argumenta, suumque de eo iudicium litteris obsignatis ad se perscriberent. Quod cum fieret, Spangenbergius, & qui cum eo Flacij partes sequebantur, VVigandi Scriptum velut erroneum liberè repudiarunt; imò & Mencelio superintendenti, ceterisque concionatoribus persuadere conati sunt datis litteris, vt & ipsi calculum suum adiungerent, & scriptum, quod diximus, condemnarent. Mencelius, & qui illi adhærebant Islebienses, non simpliciter omnia reiicienda sine delectu, sed si quid erroneum inesset, reuocandum ad censuram, corrigendumque; cetera verò probanda censuerunt.

Dum ad hunc modum datis vltro citroque litteris negocium ventilatur, factum est, vt à scripto VVigandi sensim ad controuersiam ipsam dilaberentur. Tum verò Mencelius cum Islebiensibus Accidatiorum sententiam defendit, qui naturam ipsam & essentiam hominis à peccati contagione discernendam asserunt: Spangenbergius vero, qui que partes illius & Flacij ductum sequebantur, Manichæorum dogma de substantia hominis in peccatum transformata omnibus præsijs tueri conati sunt. Hunc in modum, cum in duas turmas dissiliissent, expe-

experiri placuit instituto congressu, num ANNO
conciliari sibi mutuo possent, & in eos- 1576.

dem cancellos redigi. Ventum est ad col-
loquium in hunc finem institutum Islebij, Instituitur
cui & Comites Mansfeldenses interfue- conuentus
runt. Islebij.

Fecit initium actionis Mencilius superin- Mencilij
tendens, & receptam inter Lutheranos ori- propositio
ginalis peccati definitionem in medium pro- de origina-
posuit, ex Smalcaldicis articulis desum- li peccato.

ptam. Postulauit verò, vt qui præsentés e-
rant, profiterentur liberè, quid de ea senti-
rent, probandamne censerent, an reijcien-
dam? Ea definitio peccatum originis fœ-
dam asserit esse totius humanæ naturæ cor-
ruptionem. Hanc Mencilius cum suis pro-
bandam iudicauit & retinendam. Spangen- Spangen-
bergius verò propter motam controuer- bergij opi-
siam censuit corrigendam hunc in mo- nio corre-
dum, scilicet vt peccatum originis non ctoria.

perdita atque corrupta natura diceretur.
Videbant aduersarij, quorsum ista specta- Mencilia-
ret mutatio, vt nimirum hoc inuolucro ni dissen-
Flacij Manichæum delirium de substan- tiunt.

tia animæ in peccatum transformata te-
geret. Itaque assentiri prorsus nolue-
runt.

Post multam disceptationem cum neutri- Vtriusque
crederent, huc itum est tandem, vt vtrique partis sen-
sententiã suam additis rationum firmamen- tentia exa-
tis scripto complecterentur: Ea verò scripta mini mini-
strorum
subijcitur

Comi-

ANNO
1571.

Interim,
instituitur.

Arbitri
partium.

Comites ad vicinos aliquot mitterent Lutheranæ professionis Principes, eosque rogarent, vt de causa hac vniuersa concionatorum suorum sententias exquirant: quorum iudicio, quin deinde acquiescerent, neutris recusandum. Interea temporis, dum aliorum iudicia exquiruntur, vtrisque paci studendum & tranquillitati, nec faciendam in concionibus huius controuersiae mentionem, sed omnia potius ad Synodum reijcienda, quæ postmodum ad dirimendum hoc dissidium conuocanda videatur. His ita constitutis delecti sunt Principes quidam velut arbitri, Ioachimus Fridericus Administrator Magdeburgensis; Iulius Dux Brunsvicensis; Ioannes Albertus & Vlricus Duces Megapolitani; VVolfgangus & Philippus Grubenhagij fratres de stirpe Brunsvicensium; & Ioachimus Ernestus princeps Anhaltinus: Quibus Comites vtriusque partis scripta ad censuram reuocanda litteris additis transmisserunt.

Ann. 1572.
Diuersa
studia Principum in
examinandis sententijs.

Id factum anno 1572. sub initium Octob. Verum principes isti non eandem viam ad exquirenda suorum suffragia sunt ingressi. Administrator Magdeburgicus Hallentes tantum, & qui Magdeburgi erant prædicantes in cõsiliu adhibuit: Iulius verò Brunsvicensis omnes sui ducatus concionatores; Megapolitani non omnes promiscuè, sed facultatem Theologicã in Academia Rostochiensis consuluerunt. At Grubenhagij fratres & An-

& Anhaltinus ad præcipuos quosdam & de- ANNO
lectos iudicium de scriptis Mansfeldicis re- 1572.
tulerunt. Iam & Mencilius priuatim litteras
dedit ad delectos pastores in ditione Anhal-
tini: Quæ res substantiarijs occasionem præ-
buit, vt postea censuras concionatorum ve-
lut illegitimè conquisitas reijcerent. Cate-
rum omnes, qui super hac controuersia con-
sulti fuerunt, Magdeburgici, Brunsvicenses,
Megapolitani, Grubenhagij & Anhaltini
calculo suo probarunt Accidētariorum sen-
tentiam, & Flacij sociorumque dogma velut
erroneum reiecerunt. Quanquam verò de
summa rei conueniebant omnes, alij tamen
alijs acerbius in substantiarios scripserant.

Imprimis Magdeburgici & Grubenhagij
stilo paulo asperiore sententiam suam decla-
rarunt. Negari non posse, dicunt, quin pec-
catum originale, si sit hominis substantia,
creaturam dici oporteat, aliam ab ea, quam
initio condidit Deus; cuius creator, cum
Deus esse nequeat, procul dubio Sathan sit
habendus, à quo proueniat omne malum.
Flacium igitur, aiunt, dum hunc errorem a-
struit, loco Dei constituere diabolum, eum-
que facere generis humani creatorem ab eo
tempore, quo lapsi sunt in peccatum proto-
plasta: quæ quin germana sit Manichæorum
hæresis, non esse dubitandum. Nam nec pec-
catum verè dici substantiam posse, quin no-
ua sit creatura; nec creaturam istam alij cui-
quam ascribendam, quam diabolo creatori.

Itaque

III.

Magdebur-
gicorum
de sentētijs
decisio.
In censur.
C. ij. b. C.
iiij. a.

Flacij dog-
ma condē-
nant.

ANNO
1572.

Itaque Flacij & Substantiariorum sententiam de peccato originis velut portentosum, blasphemum, & planè diabolicum dogma detestantur: quod ne serpat longius, sed tempestiuè potius opprimatur, principibus & magistratibus summo studio connitendum iudicat.

Grubenhagiorum
decisio.

Ibid. Q. ij.
a. b. Q. iij. a

Flacij errorem demonstrant.

Mansfeld.
Comites accendunt in Flacianos.

Grubenhagij verò vbi sententiam suam de controuersia exposuerunt, exemplis è scriptura propositis iram Dei Comitibus & horrendam vindictam minantur, nisi magno studio in eam curam incumbant, vt nouum hoc & blasphemum Flacij dogma de peccato originis radicitus extirpetur. Cauendum omninò dicunt, ne ditio Mansfeldensium Comitum, in qua natus sit vir Dei Lutherus doctrinæ purioris instaurator, Flacij, Spangenbergijque detestandis erroribus contaminetur. Colligant igitur eorum scripta de hoc argumento edita, eaque flammis iniecta prorsus aboleant; nec quicquam, quod à Flacio, Spangenbergio, cæterisque factionis istius conlarcinatum sit, excudi deinceps in ditioe sua patiantur. Quod si Spangenbergius obijciat sese pertinaciter, & in erroribus perseueret, eiiciendum è Comitatu, & peruicacem hominis contumaciam feueritate quadam perdomandam.

IV.

Ann. 1573.
Accidentarij de Substantiariis triumphant.

Comites collectis censuris omnium perlectisque, quod an. 1573. ineunte factum est, Accidentarios deinceps fouendos susceperunt. Spangenbergius verò, & qui in ea ditioe ductum

ductum illius sequebantur, recalcitrabant ANNO
perpetuo, neq; censuris istis submittere sese 1573.
voluerunt; quod suffragia concionatorum non
legitimè collecta dicerent. Itaque tandem è
ditione Comitum Mansfeldensium velut he- Substanciarum
retici pertinaces eiectioni fuerunt. Eandem for- rij ubique
tunam alijs in locis, & alij quidam sunt ex- eijciuntur.

Cæterum ad Flacium ipsum quod attinet, Flacii for-
ducem & caput istius factionis, is ob impij tuna ad-
dogmatis infamiam varijs fortunæ casibus uersa.
miserandum in modum iactatus fuit. Hæsit
aliquamdiu Argentorati, quo post reditum
è Belgio migravit, vti supra diximus: Sed Vbiq; af-
quocunq; venit post motam hanc cõtrouer- fligitur.
fiam, ab omnibus penè desertus in odio ho-
minum, in ærumnis & afflictionibus mise-
rabilem vitam duxit. Nec facile quenquam
inuenias, qui tot cõtumelias aduersariorum, In Antig.
tantam tamq; diuturnam oppressionem, M. ij. a.
tam acres inimicitias sustulerit: Vnde Span- A Spangē-
genbergius eum in Antigallo martyrem ap- berg. Mar-
pellat, de ecclesia Christi bene meritum. Neq; tyr nomi-
verò martyriū à Catholicis passus est homo natur.
miser, sed à Sacramentarijs partim, alijsq; id
genus sectarijs, partim & imprimis quidem
ab ijs, qui per Germaniam Augustanæ Con-
fessionis dogmata profitebatur, à Wittēber-
gēlibus inquā Lipsiēsis, Melāchthonicis, Omnium
Adiaphoristis, Maioristis, Synergistis, demū odiis ex-
ac Accidētarijs, qui oēs acerbissimo & pror- positus.
fus implacabili odio sunt hominē persecuti,
ac si

ANNO
1573.

Wittenber-
genſ. in cū
aſperrimæ
linguæ.

Aſſimila-
tur Demo-
ni.

Epitheta &
tituli Fla-
cij.
*In reſp. ad
calumnias
Flacij paſ-
ſim.*

ac ſi in pernitiæ ipſius conſpirarint. Id è ſcri-
ptis illorum ſatis manifeſtum eſt; VVitten-
bergentiū cum primis, quæ ſub nomine ſcho-
laſticorum an 1558. & 1559. edita fuerūt adeò
virulenta & contumelioſa, vt in hoc genere
poſt Lutheri furioſos libros in Angliæ Regē,
tum in Archiepiſcopum Moguntinum, in
Georgium Saxonem, in Henricum Brunſvi-
cenſem Germaniæ principes nihil magis a-
ſperum & venenatum extare dicas. Quod ſi
Flacium habuiſſent præſentem boni ſchola-
ſtici, cūm ſcriberent libellos iſtos, dubium
non eſt, quin laniaturi viuum fuiſſent, vel
minutim dentibus incifuri. Interim abſentē
configunt ſtilo, quā poſſunt venenoliſſimo,
& ne iniuriā ipſi facere videantur, ijs colori-
bus miſerum Flacium depingunt, vt ſi quis
eum intueatur, hominem omnium ſub ſole
ſceleratiſſimum, imò dæmonem incarnatum
coram videatur intueri.

Teſtantur hoc contumelioſi tituli, quos
ad faciendam fidem è ſcriptis illorum excer-
ptos inferimus: Ingratus & improbus cucu-
lus, perfidus, ſceleratus, turpis Thraſo, aliene
virtutis nefarius infeſtator, furialis Aleſto,
coluber, ſcurra, ſcædiſſima vpupa, putre κα-
δαρμα cancri inſtar ſerpens, hoſtis filij Dei
& Spiritus ſancti; ſceleratus infeſtator, &
criminatoſo falſo ac diabolicè mendax; Cai-
nicè impudens, inſuſus aſinus, Paphlago,
συχοφάντης, ἀρπαξ, λευράκτης, pulcher Epi-
curæus, dignus qui ad porcos ablegetur, præ-
cipi-

cipitandus ad principem & patrem diabolo- ANNO
 rum Beelzebub, ex quo cum tota ista fobole 1573.
 prodijt:monstrosos fœtus occultans; impro-
 bus cuculus, Erynnis & furia, fato Germaniæ
 VVittenbergam ex pestilētissimâ orâ Illy-
 riæ, quæ sanos homines proferre non potest,
 appulsa, & in Ecclesias Lutheranas coniecta,
 rabiosus sus pollutissimo rostro omnia sub-
 ruens, conspurcans, proterens & conuelliens,
 Syropedillis, hostis veritatis; vitium & con-
 spicuum Organum diaboli, & vas iræ; filius
 diaboli, qui se legionem vocabat; mendacijs
 scatens velut inflatus vter, qui cum pulsatur
 & premitur, inter remugiendum nil nisi stridulos
 & inconditos strepitus mendaciorum edit.

Hæc aliaq; id genus probra in Flacium isti *Ibid. F. ij. a.*
 congerunt; & inter cætera, Excitabuntur ali-
 qui, dicunt, qui te non verbis reuellent, sed
 velut rabiosum canem fustibus, verberibus,
 & laqueo coërcebunt. Quin & in secretos a-
 nimi recessus penetrât, quasi Dij sint, & Me- *Conscien-*
 lanchthonis primum, deinde Flacij quoque *tiam Flacij*
 conscientiam describunt, oppositione quadâ *depingūt.*
 instituta. Et de Flacio quidem hunc in mo- *F. ij. b.*
 dū scribunt: Tua verò conscientia qualis est?
 Te dies noctesq; assiduæ domesticæq; furia
 agitant ac pertèrent; tua fraus terrorq; tuus
 te vexat, & cōspectus admissorum scelerum
 fatigat, amentiaque afficit: Te cogitationes
 de lycophanticè & malitiosè laceratis præce-
 ptoribus, de quassatis & distractis ecclesijs, de
 ff sophi-

ANNO
1573.

sophisticè deprauata doctrina, de Germania,
fraude, rapinis, & pessimis artibus expilata
» prætectu historici operis exercent, vt nec
» quiescere sine cura, nec sperare sine metu,
» nec cogitare aliquid sine aberratione, nec ad
» tranquillitatem aliquã sine perpetuis suspi-
» rijs te componere queas. Refugis & auersa-
» ris lucem, lateſque interdiu velut bubo, no-
» ctem expetis, noctu euolas, & mutato habi-
» tu personatus velut μορμολύκιον, aut βοῦτά-
» δης quispiam fallis hominum oculos; Quaris
» auia & solitudines, cùm peregrinaris; ad cõ-
» spectus congressusq; bonorum expauescis &
» contremiscis; ad strepitus concussorum flati-
» bus foliorum cohorrescis: Nisi tectus & mu-
» nitus autoritate publicorum diplomatũ pe-
» dem domo efferre non audes: O te verè mi-
» serum, & miserè perditum, si eò res tuæ re-
» dactæ sunt, vt papyracea edicta munitura
» magis credas, quam integritatem, innocen-
» tiam, & rectitudinem hilaris conscientia! Il-
» la te profligata & proiecta tua conscientia
» nuper ad desperationem adegit; in qua per-
» ijsles, nisi viuus amicorum multiplicibus
» fuisses difficulter reuocatus, & seruatus con-
» solationibus.

Fructus
doctrinæ
Flacij.

H. iij. b. I. z.
a. b.

Hec illi: Sub finem & fructus recensent in
contumeliã Flacij, quos doctrinã eius pepe-
risse scribunt. Conclusionis gratia, inquit,
» hoc addimus de præclaris fructibus tuis, quos
Cainico impulsus odio, Therſitica producte
» impudentia, ingenio adiutus Sinonio, & su-
perbia

ANNO
1573.

(Melanchthon) ad quem penè in momenta nouæ controuersiaë & noua certamina deferuntur, tanquam ad talem iudicem, cuius vel vnus iudicio boni stare & acquiescere de creuerunt. Gemunt & penè cõsumuntur dolore pij & boni vbiuis locorũ, quod ex suggestibus non doctrinaë explanationem, non commonefactiones & consolationes pias ac salutare proponi, sed conuitia effundi & debachationes audiunt in bonos; quibus non tantum in prophanis augetur securitas & religionis contemptus, sed in pijs etiam turbatur & impeditur seria inuocatio.

V.

Ann. 1575.
Flacii
mors, infelicissimi
qui sub sole vixerunt
mortaliũ.

Haëtenus Scholastici VVittenbergenses, quibus ad opprimendum Flacium Accidentarij sese postmodũ coniunxerunt: Nec quies homini longè miserrimo deinceps concessa fuit, quamdiu vixit in mundo. Huiusmodi clamoribus, maledictis, conuitijs, diris execrationibus & anathematum tonitruis infestati sunt eum Lutherani reliqui, donec tandem expleto, quem Deus concessit, ærumnosæ vitæ cursu, inuidiaë succumbens, ac peste correptus infelicem animam exhalauit. Id factum Francofurti ad Mœnum, an. 1575. 12. Martij, in Festo S. Gregorij Papæ; quem ipse, vti & omnes Põtifices Romanos, quamquam hunc imprimis, magno semper odio fuerat profecutus.

*Finis vitæ Matthiæ Flacij
Illyrici.*

VITA